SOURCE: Stadtarchiv der Ortsbürgergemeinde

St. Gallen
Notkerstrasse 22
9000 St. Gallen

Die Forschungsstelle Vadianische Sammlung der Ortsbürgergemeinde

St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 334

License CC-BY 4.0.
https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/

Catalogue entry: https://aleph.unibas.ch/F/?local_base=DSV05&con_lng=GER&func=find-b&find_code=SYS&request=000383467

Sep 3, 2020: Joseph H. Peterson, converted to pdf from tiff photographs sent by Michael Zwicker, https://stadtarchiv.ch/vadianische-sammlung/

Feb 9, 2021: Joseph H. Peterson; added transcription

Transcribed from ms 334 in the Vadian Library in St. Gallen Switzerland. Introduction, notes, and reconstructed portions 2021 by Joseph H. Peterson, License CC-BY 4.0. Last updated Mar 18, 2021.

Photos of VSG334 manuscript courtesy St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms 334, used under License CC-BY 4.0.

Contents

Introduction....................i
[Lucidarium Magistri Petri de Abbano in arte Magica]....................1
¶ Elenchus, eorum quae continentur in sequenti Lucidario Domini & preclarissimi Magistri Petri de Abbano....................1
[I.] De nominibus horarum Diei & Noctis....................4
[II.] De nominibus Angelorum horarum....................4
[III.] De Sigillis Angelorum & primo de Raphaele....................5
[IV.] Nomina Angelorum diei in qua tu facis opus....................7
[V.] De nominibus temporis, in quo fit tale Opus....................7
[VI.] De nominibus angelorum regnantium in praefatis quatuor temporibus....................8
[VII.] De nominibus Terre in quatuor temporibus....................8
[VIII.] De nominibus solis & lune in quatuor temporibus regnantibus....................8
[IX.] De instructione omnium predictorum....................9
[X. Coniuratio.]....................9
[XI. Coniurationes septem dierum hebdomadę.]....................9
[XII.] De Spiritibus Aeris regnantes diebus septimane scribendis post nomen hore & post nomen angeli hore & sic de ceteris, ut supra....................12
[XIII.] De suffumigium planetarum....................15
[XIV. Oratio.]....................15
[XV. Exorcismus et benedictio ignis.]....................15
[XVI.] De veste & Pentaculo....................16
[XVII. Exorcismus spirituum aereorum.]....................16
[XVIII.] Sequens oratio dicenda est in quattuor mundi partibus. 18
[XIX.]....................18
[XX. Coniuratio.]....................19
[XXI. Visiones et illusiones.]....................19
[XXII.] De modo operationis....................20
[XXIII.] Oratio....................21
[XXIV. Collocatio circuli.]....................21

[XXV.] Sequitur instructio experimentorum....22
[XXIIa.] De constructione Circuli....22
Sequitur compositio quorundam suffituum Planetis accomodator. Que non inconsulte huic Libello adieci....22
[De constructione circuli, continuatio.]....24
[XXIIb.] Quomodo in administratione predictorum operator se exercere & exhibere debeat....26
[A1. Adiuramentum angelorum.]....27
[A2. Spiritus aerei regnantes in caeli inferioribus quorum nomina inuocanda sunt in circulo a quatuor mundi plagis.]....27
Sequuntur Semiphoras Moysi....29
Oratio conclusiua, post omnium predictorum adiectiua....31
Sequuntur Semiphoras, Ade....31
Sequitur declaratio tabule Semiphoras....32
Oratio super dictam sacram Tabulam dicenda....33
[Liber Clavicule Salomonis]....35
¶ In nomine sacratissime & indiuidue Trinitatis, Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritussancti. Amen....35
Verba Salomonis Regis Israel ad Filium suum....35
Incipiunt Capitula primi Libri....37
Capitulum itaque primum huius Clauicule tractat de horis & earundem partibus necessarijs in omni experimento artis Magice, seu si mauis necromantie....37
Capitulum secundum de preparatione artis Magice siue Necromantie, & preparatione ad loquendum cum spiritibus....39
[Vinculum Salomonis.]....62
¶ Capitulum tertium, cuiusmodi Pentacula esse debeant & de earum compositione & virtutibus eorum....77
Sequitur Oratio prędicta....79
¶ Capitulum quartum, qualiter fieri debent experimenta ad recuperandum furata vel quacunque vel dolo ablata....80
¶ Capitulum quintum, qualiter operantur experimenta ad reddendum seipsum quis, vel aliquem inuisibilem....82
Capitulum sextum, qualiter operantur experimenta amoris....83
Sequitur alius modus conficiendi imagines....85

¶ Capitulum septimum qualiter operentur experimenta impetrationis & gratie cuiuscunque rei a quocunque homine vel muliere..87

¶ Capitulum octauum, cuiusmodi fiant experimenta odij & inimicitie, Discordie & separationis..89

¶ Capitulum nonum de experimento Ludibriorum........................91

¶ Capitulum decimum de experimentis extraordinarijs................91

¶ Elenchus Capitum secundi libri Clauicule Salomonis......................95

Admodum breuis peroratio..96

¶ Capitulum primum tractatur de omnibus experimentis de quibus in primo libro frequenter citatio facta est, quibus temporibus, lunationibus, diebus & horis, etiam planetarum dominio fieri conueniat. Et semper priusquam quicquid operandum sit consultet se de cum sequente capitulo, alioquin inficias ibit quicquid attentauerit..96

¶ De Lunationibus ad omnia experimenta....................................97

¶ Perquam necessaria doctrina & monitio optima. Capitulum j...98

¶ Sequitur admodum necessaria additio, instrumenti generalis, ad sciendum omni tempore die & hora, horam.................................99

[Instrumentum generale horarum usualium ac temporalium......99

Figura generalis horarum ęquinoctialium & temporalium...........99

Tabule quantitatis dierum ac noctium.]....................................100

Tabula quantitatis dierum...100

Presentis Tabule quantitatis dierum & noctium enodatio..........100

¶ Capitulum secundum, qualiter Exorcizator se exhibere debet..101

Capitulum tertium qualiter socij magistri se habere debeant.....103

Capitulum quartum de ieiunijs, custodia & ceteris obseruationibus...105

Capitulum quintum tradat de Balneis.......................................107

Capitulum 6. de vestimentis & calciamentis...............................109

Capitulum septimum de locis ad opus eligendum conueniens....110

Capitulum octauum de Ense, Cultello & Artauo & alijs instrumentis spectantibus ad artem...111

¶ Capitulum nonum de constructione Circulorum, & de introitu in eosdem...112

Capitulum decimum de consecratione specierum & suffumigationibus..115

Capitulum undecimum de Aqua & Ysopo....................................116

Capitulum duodecimum de Lumine & ignis in operibus............118
Capitulum tertium decimum loquitor generaliter recapitulando omnia predicta & que deinde sequuntur....................................120
Capitulum quartum decimum de penna, atramento et alijs coloribus iugiter ad artem spectantia...122
Capitulum 15. De sanguine vespertilionis & aliorum animalium sanguine..123
Capitulum sextumdecimum de penna yrundinis, cum qua plurima in artibus & experimentis scribentur..123
Capitulum decimum septimum de pergamino virgineo.............124
Capitulum decimum octauum, de compositione Cerę & Terre virginee, in arte & experimentis conducentibus..........................129
Capitulum decimum nonum tractat de acu & stilo......................130
Capitulum 20. de operatione pergamini virginei, confecto de prenominatis animalibus, similiter de carta bombicina.............131
Capitulum 21. de Caracteribus in arte conscribendis.................132
Capitulum 22. de panno sericeo, ad custodiendum in eo quecunque consecraueris vel exorcizaueris pro experimentis.....133
Capitulum 23. videtur esse Epilogus totius Clauicule.................134
De secretis Zahelis, nota que sequuntur.....................................135
De suffitibus, & earum ratione & potentia. Et etiam supra folio 16, 2°..137
Claues clauium...138
Elenchus Capitulorum primi Libri Clauicule Salomonis............139
Sequitur tabula contentorum in primo & secundo volumine Clauicule Salomonis...141
Ad inueniendum Ugxeazcu, vel maao abscondita........................145
Ad ablata vel furata recuperanda...146
De inuestigatione Thesaurorum, reperi subsequentia.................147
Sequitur aliud experimentum, ut supra tactum est.....................160
Sequuntur varia experimenta, Regis Alphonsi............................162

Introduction

This text is an important Latin manuscript of magic (or grimoire).

Scherer (in 1864) cataloged the manuscript as 15th century. It must however be later than 1533, since it quotes verbatim from that edition of Agrippa's *De occulta philosophia* OP1.43 (on ms. p. 117). It also includes a quotation from Reuchlin's *De arte cabalistica* (1517).

There are many things of interest in this manuscript. The most obvious is the exceptionally high quality of execution. It was copied by a single hand in a loopless Gothic hybrida formata script (aka bastarda) of the highest level of execution. Written with red, black, purple, blue, and gold inks, with decorated Lombardic initials. The Hebrew lettering is equally well executed, in many cases pointed. It also describes its prototype to some extent. In addition, it has a logical consistency throughout, with the *Lucidarium* section referring to the *Clavicula* section, and vice versa, often by page and line number. Likewise, the appended experiments (such as "Ad inueniendum Ugxeazcu…") refer back to *Clavicula* and *Lucidarium*. The manuscript also includes a page giving the key to the cipher sometimes used, which I have not seen before.

VSG: Vadian Library in St. Gallen Switzerland ms. 334. Mid-16th century. 145 pages, parchment, in quarto. Begins: Elenchus, eorum quae continentur in sequenti Lucidario Dñi et preclarissimi Magistri Petri de Abbano. P. 3: In nomine Dei omnipotentis. Incipit *Lucidarium Magistri Petri de Abbano in arte Magica*. P. 19: Semiphoras Moysi. Incipit: Hic habes Semiphoras Moysi, que dici debent post inuocationem angelorum versus quatuor partes mundi. Pp. 25-125: Incipit *Liber Clauicule Salomonis, filii Dauid Regis Israel* etc. Pp. 127-144: Ad inveniendum Ugxeazcu [=thesaurum] vel maao [=bona] abscondita. On last page: Sequuntur varia experimenta Regis Alphonsi. (Last word: festina.)

Abbreviations

_ Underlining in the footnotes is used to highlight differences the readings between source texts.

<> Error in text which is to be ignored.

[] Text that should be added. Folio numbers are also indicated in [].

[*] Corrected readings are indicated by * in front of the correct form.

{} Text cannot be read because of physical damage.

Aub 24 Ms in Bodleian, Aubrey 24.

BnF Paris, Bibliotheque nationale de France. Departement des manuscrits.

CLM 849 See edition in Kieckhefer 2016.

Coxe 25 Ms in private collection, formerly BPH 114

G Ghent ms 1021a+1021b

Gal Gal, Florence, Jean-Patrice Boudet, and Laurence Moulinier-Brogi. *Vedrai Mirabilia: un libro di magia del quattrocento*. 2017.

H *Heptameron* in Agrippa et al.: Marpurgi [Andreas Kolbe], 1559.

LIH *Liber Iuratus Honorii*. Edition in Peterson 2016.

ms, mss manuscript, manuscripts

OP Agrippa, *De occulta Philosophia*

V Vat. ms. Reg. Lat. 1115

[Lucidarium Magistri Petri de Abbano in arte Magica]

[1]

¶ Elenchus, eorum quae continentur in sequenti Lucidario Domini & preclarissimi Magistri Petri de Abbano.

A.

Angeli diei ♀, 18.19:

Angeli diei ☿, 18.28:

Angeli diei ☽, 18.36:

Angeli diei ♂, 19.8:

Angeli diei ☉, 18.8.9.10:

Angeli qui seruiunt in parte septentrionali, 18.10:

Angeli qui seruiunt in parte australi, 18.11:

Angeli qui seruiunt in parte orientali, 18.13:

Angeli qui seruiunt in parte occidentali, 18.15:

C.

Coniuratio diei dominice, 6.8.10:

Coniuratio diei Lune, 6.28.29:

Coniuratio diei ♂, 7.5.6:

Coniuratio diei ☿, 7.19.20:

Coniuratio diei ♃, 7.34.35:

Coniuratio diei ♀, 8.10.11:

Coniuratio diei ♄, 8.20.21:

Circuli constructio, 16.28.29: 16. 3º·16. 4º·17.8:

E.

Exorcismus ignis, 11.37:

Exorcismus spirituum aëreorum, 12.16:

Experimentorum instructio, fo. 16.20.21:

H.

Hore diei & nomina earum, j.21.22:
Hore noctis & nomina earum, j.27.28:

I.

Instructio & introductio obseruanda in compositione circuli, 5.30: & 6.3:
Ignis exorcismus & obseruatio tenenda, 11.37:
Instructio experimentorum, 16.20.21:

N.

Nomina diei & noctis, j.18:
Nomina angelorum horarum, j.33:
Nomina angelorum horarum diei & noctis dominice, 2.2.8:
Nomina angelorum horarum diurnalium & nocturnalium diei Lune, 2.14:
Nomina angelorum horarum dierum ac noctium, ♂, ☿, ♃, ♀, & ♄, 2.18.19.20.21.22.23.24.25:
Nomina angelorum diei in qua fiunt experimenta, 3.26:
Nomina temporis in quo fit opus, 4.9:
Nomina quatuor temporum, 4.21:
Nomina angelorum quatuor temporum, 4.26:32:
Nomina terre in quatuor temporibus, 5.5:
Nomina ☉ & ☽ in quatuor temporibus, 5.16:
Nomina ☉ in quatuor temporibus, 5.20:
Nomina ☽ in quatuor temporibus, 5.24:

O.

Oratio ad quatuor partes mundi, 13.33:
Operationis modus, 15.16:
Operator siue magister qualiter se habere debeat, 17.33:
Oratio conclusiua omnium operum, 21.23:
Oratio super tabulam sacram semiphoras, 23.12:

P.

Pentaculum & vestis, 12.7.8:

S. [ii]

Sigillum Raphaelis, 2.26:32:
Sigillum Gabrielis, 3,j:
Sigillum Samaelis, 3.2.4:
Sigillum Michaelis, 3.5:7:
Sigillum Satquielis, 3.8:10:
Sigillum Anaelis, 3.11.13:
Sigillum Cafrielis, 14.16:fol 3°.
Sigillorum doctrina, 3.17:
Spiritus aeris qui per hebdomadam regnant, 8.33.35:
Spiritus solis, 9.2.3:
Spiritus Lune, 9.12.13:
Spiritus ♂ 9.22.23:
Spiritus ☿ 9.34.35:
Spiritus ♃ 10.12.13:
Spiritus ♀ 10.26.27:
Spiritus ♄ 11.1.2:
Suffumigia 7 planetarum, 11.16: 16: 16.2°.j:
Specierum preparatio, & benedictio habetur, 11.27.28:
Semiphoras Moysi, 19.32.20.2: 20.10: 20.17: 20.24: 20.31: 21.j: 21.13:
Semiphoras Ade, 22.2: 22.7: 22.13: 22.19:
Semiphoras tabule declaratio, folio 22.32:

T.

Tabule Semiphoras declaratio, folio 22.32:
Tabula Semiphoras, 24.j:

[j]

¶ In nomine Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritussancti, Amen. Incipit Lucidarium Magistri Petri de Abbano in arte Magica.

Prologus in eodem Libello.

Multi experimentatores diuersimode operantur in hac scientia Diuina, sed ego Petrus de Abbano, cupiens veritatem in hac scientia sub breuitate exprimere, & nugas dimittere, hunc Libellum quem vocaui Scientie Lucidarium, in hunc modum facere procuraui. Et si quis hunc Librum habuerit, ceteris beatior erit, ac etiam merito dici poterit, quia omne quod in hoc mundo voluerit / adimplebit.

Maledictus ergo ille homo sit, qui hunc Thesaurum in manus peccatorum tradet. Et vita eius sit breuis super terram, & maledictio furoris Dei sit super caput suum, & super filios suos, & inimici sui substantiam suam deuorent. Custodite ergo filij sapientie hanc Artem & Margaritam preciosam cum Dei timore, & nemini nisi sapienti & Deum timenti tribuatis, Quoniam qui secus fecerit, in mortem eternam corporis & anime perueniet.

[I.] De nominibus horarum Diei & Noctis.

¶ In omni ergo opere quod facis, scribe prius nomen hore in qua tu facis illud opus, & hec sunt nomina horarum diei ac noctis.

Primo de Horis diei.

¶ Prima hora diei vocatur Yayry [+vel Yayn][1]. Secunda, Yaua. Tertia, Nasnya. Quarta, Salla. Quinta, Sadedaty. Sexta, Thamur. Septima, Oarer. Octaua, Tharye. Nona, Neron. Decima, Yayon. Undecima, Nabar. & Duodecima vocatur, Nathalon.

Secundo de Horis noctis.

¶ Prima hora noctis vocatur, Beron. Secunda, Barol. Tertia, Tanu. Quarta, Athir. Quinta, Mathon. Sexta, Zena. Septima, Necas. Octaua, Tafrae. Nona, Sastur. Decima, Algo. Undecima, Calerua. Et Duodecima vocatur, Saslam.

[II.] De nominibus Angelorum horarum.

¶ Superius diximus, quae in omni opere opportet scribere primo nomen hore, nunc dicamus secundo scribendum esse nomen Angeli [2] hore, & hec sunt nomina angelorum horarum.

Nomina Angelorum horarum diei Dominice.

¶ Prima igitur dies artis, que est dies Dominica, dominatur in prima hora diei, Raphael. In secunda, Anael. In tertia, Michael. In quarta, Gabriel. In quinta, Cafriel. In 6^{ta}, Satquiel. In 7^{ma}, Samael. In 8^{ua}, Raphael. In 9^{a}, Anael. In 10^{a}, Michael. In 11^{a}, Gabriel. In 12^{a}, Cafriel.

De Nocte vero.[2]

¶ Prima hora dominatur Satquiel. In 2^{a}, Samael. In 3^{a}, Raphael. In 4^{a}, Anael. In 5^{ta}, Michael. 6^{a}, Gabriel. In 7^{ma}, Cafriel. In 8^{ua}, Satquiel. In 9^{a}, Samael. In 10^{ma}, Raphael. In 11^{ma}, Anael. In 12^{ma}, Michael.

Nomina Angelorum horarum diei Lune.

¶ Prima hora diei Lune dominatur, Gabriel. In 2^{a}, Cafriel. In 3^{a}, Satquiel. In 4^{a}, Samael. In 5, Raphael. In 6^{a}, Anael. In 7^{ma}, Michael. In 8^{ua}, Gabriel. Et sic de singulis horis qui successiue secundum horas planetarum succedunt, immo sunt eedem, & eodem modo faciendum est in omnibus diebus hebdomade, ut patet intelligenti. Videlicet,

♄, Cafriel, ♑, ♒

♃, Satquiel, ♐, ♓

♂, Samael, ♈, ♏

☉, Raphael, ♌

♀, Anael, ♉, ♎

☿, Michael, ♊, ♍

☽, Gabriel, ♋

Et hic est verus successus, Planetarum atque Angelorum singulis diebus & horis eorundem.

[III.] De Sigillis Angelorum & primo de Raphaele.

¶ Superius diximus, quae in omni opere primo scribendum est nomen hore, & nomen Angeli hore. Nunc autem dico tertio Sigilla Angelorum horarum scribenda esse.

Et primo incipiam a Sigillo diei Dominice, & Sigillum diei Dominice est Raphaelis, cuius stella est Sol, & signum eius est Leo.

Sigillum Raphaelis.

¶ Sigillum Gabrielis, cuius signum est Cancer, & eius Stella est Luna.
[3]

Sigillum Gabrielis.

¶ Sigillum Samaelis, cuius signum est Scorpio & ♈, & Stella eius est Mars.

Sigillum Samaelis.

¶ Sigillum Michaelis, cuius signum est Gemini, & ♍, & stella eius est Mercurius.

Sigillum Michaelis.



¶ Sigillum Satquielis, cuius signum est Sagittarius & Pisces. Eius vero stella Jupiter.

Sigillum Satquielis.



¶ Sigillum Anaelis cuius signa sunt Taurus & Libra & stella eius est Venus.

Sigillum Anaelis.



¶ Sigillum Cafrielis, cuius signa sunt Capricornus, & Aquarius, & stella eius, Saturnus.

Sigillum Cafrielis.

De doctrina dictorum Sigillorum.

¶ Predicta vero sigilla debent fieri horis suis & signis suis, & si non in signis, saltem in horis suis.

Additio.

Aduerte tamen ante omnia, quae signum Gabrielis iure esse debet Cancer, si Luna stella eius computatur. [In marg: Iam correcta cernuntur.] Signa vero Samaelis, Aries & Scorpio, existens stella eius Mars. Non secus iudicandum censeo de Michaele angelo, quin signa eius comprobentur Gemini & Virgo, & sic corrigenda sit littera prelibata in suis locis.

[IV.] Nomina Angelorum diei in qua tu facis opus.

¶ Supra tactum est, que omni tempore quo tu quid facis, primo scribendum esse, nomen hore, & nomen Angeli hore. Et tertio sigilla Angelorum horarum.

Nunc quarto dico nomina Angelorum diei in quo tu facis opus esse scribenda. Et primo dicam de Angelis diei Dominice.

[4]

¶ Die Dominico regnant Angeli, Raphael, Dardiel, & Huratael.

¶ Die Lune regnant angeli, Gabriel, Michael, Samael.

¶ Die Martis regnant angeli, Samael, Sathiel, Amabiel.

¶ Die Mercurij regnant angeli, Michael, Miel, Saraphiel.

¶ Die Iouis regnant angeli, Satquiel, Castiel, Asasyel.

¶ Die Veneris regnant angeli, Anael, Raquiel, Satquiel.

¶ Die Saturni regnant angeli, Cafriel, Michaton, Uriel.

[V.] De nominibus temporis, in quo fit tale Opus.

¶ Prediximus in omni opere primo scribendum esse nomen hore, Secundo, nomen Angeli hore, Tertio, sigilla angelorum. Quarto, nomina angelorum diei. Quinto, scribendum esse infero nomen temporis in quo tu facis tale opus.

Et scias, quae Annus diuiditur in quattuor partes seu tempora. Primum tempus incipit in introitu Arietis mense Martij, hoc est primum gradum sol in eundem. Secundum, cum sol intrat primum gradum Cancri, mense Iunij. Tertium, quando sol intrat primum gradum Libre, mense Septembris. Quartum vero incipit sole intrante primum gradum Capricorni. Initium vero semper temporis unius, precedentis est terminus.

Sequuntur nomina quattuor Temporum.

¶ Nomen itaque primi temporis Verni dicitur, **Taluy**. Secundum autem, hoc est ęstiui temporis nomen vocatur, **Cosmaram.** Tertium vero, idest temporis Autumni est, **Ardarael**. Quartum tandem nomen, hoc est Hyemis vocitatur, **Farlae**.

[VI.] De nominibus angelorum regnantium in praefatis quatuor temporibus.

¶ Prelibatum est diffuse qualiter in omni opere, primo scribendum sit nomen hore, 2° nomen Angeli hore, 3° Sigilla angelorum horarum, 4°, nomina angelorum diei in quo opus tuum agis, 5° nomen temporis itidem. Sexto nunc admoneo scribenda esse nomina angelorum regnantium in prelibatis quatuor temporibus, & sunt sequentes.

De nominibus Angelorum regnantium in quatuor temporibus.

¶ Angeli primi temporis vocantur, **Caracassa**, **Core**, **Amatiel**, **Commissores.**[3] Et nomen capiti signi, **Spugliguel**.

Angeli secundi temporis dicuntur, **Gargatel, Tariel, Ganiel.** Et nomen capiti signi, **Tribiel [*Tubiel]**.[4]

[5] Angeli Tertij temporis nuncupantur, **Taronan, Garbael**. Et nomen capiti signi, **Tolguaret**.

Angeli quarti temporis nominantur, **Amabal, Taray**. Et nomen capiti signi, **Altarib**.

[VII.] De nominibus Terre in quatuor temporibus.

¶ Pertractatum est, omni tempore scribendum omnino esse nomen hore primo. 2° nomen angeli hore. 3° Sigilla angelorum horarum. 4° Nomina angelorum regnantium in die in qua tu facis opus. 5° Nomen temporis. 6° Nomina angelorum regnantium in quatuor temporibus anni. Nunc autem infero scribenda esse nomina terre in quatuor superscriptis temporibus conuenientia, septimo loco.

¶ Primum nomen terre in primo tempore dicitur, **Amaday**. Secundum nomen terre, tempore secundo dicitur, **Festatuy.** Tertium nomen terre, tempore tertio dicitur, **Rabiamar**. Quartum nomen terre, quarto tempore dicitur, **Gerenya**.

[VIII.] De nominibus solis & lune in quatuor temporibus regnantibus.

¶ Satis diffuse intimatum videtur, quid primo, 2°, 3°, 4°, 5°, 6°, & 7°, scribendum sit. Demum octauo loco, quid expediat subinfero, idest, de nominibus Solis & Lune, qui non minus scribenda sunt.

De nominibus Solis in quatuor temporibus.

¶ Primum nomen Solis in primo tempore vocatur, **Abraym.** Secundum nomen in secundo tempore dicitur, **Atomay.** Tertium nomen in tertio tempore dicitur, **Abragymy**. Quartum nomen in quarto tempore vocatur, **Conrautas**.

De nominibus Lune, in quatuor temporibus.

¶ Primum nomen Lune in primo tempore vocatur, **Agusyta.** Secundum nomen in secundo tempore dicitur, **Armatasy.** Tertium nomen in tertio tempore dicitur, **Mathasygnays.** Quartum nomen in quarto tempore dicitur, **Astatery**.

[IX.] De instructione omnium predictorum.

¶ Postquam omnia predicta descripseris in circulo, nominabis nomen hore, & nomen Angeli hore. Et nomen angelorum diei, & nomen temporis, & nomina angelorum regnantium in tempore. Et nomen terre. Et nomina Solis & Lune et dicas.

[X. Coniuratio.]

O vos omnes[5] adiuro atque contestor vos per sedem[6] **Adonay,** & per **Agios otheos, Hyschyros Athanatos, Ymas, Paracletus, Alpha & ω**, & [6] per tria nomina secreta, scilicet **Agla, On, Thetragrammaton**, quod hodie debeatis adimplere quod cupio.

Quid agendum sit postquam predicta sint completa.

¶ Deinde[7] fac coniurationes secundum diem septimane, videlicet, Si est dies Dominicus, prima hora vel octaua, dicas coniurationem diei Dominice. Et si dies Lune similiter agas. Et sic de singulis diebus censendum est.

[XI. Coniurationes septem dierum hebdomadę.]

Sequitur tenor coniurationis diei Dominice, & est coniuratio Solis in quarto Celo.

Coniuro & confirmo super vos Angeli fortes Dei et sancti, in nomine **Adonay, Eye, Eye, Eya,**[8] qui est ille qui fuit, est, & erit, **Eye, Abraye.** Et in nomine **Saday, Saday, Cados, Cados,** Altus, sedens super Cherubim. Et per nomen magni ipsius Dei fortis, potentis, & exaltati super omnes cœlos, **Eye, Saraye,** plasmatoris seculorum, qui creauit mundum Coelum, Terram, Mare, & omnia que in eis sunt, in primo die

Coelorum, Et sigillauit super eos sancto nomine suo **Phaa.** Et per nomen sanctorum Angelorum, qui dominantur in quarto exercitu, et seruiunt coram potentissimo **Salamia** Angelo magno & honorato. Et per nomen stelle que vocatur Sol. Et per supremum[9] & immensum nomen Dei viui. Et per nomina predicta, coniuro super te **Raphael** angele qui es prepositus diei dominice, per nomen **Adonay** Dei Israel, qui creauit mundum & quicquid in eo est, ut pro me labores ac adimpleas orationem meam & petitionem iuxta meum velle, & votum meum in negotio & causa mea, et cetera.

Hic exprime causam tuam & negocium tuum. Deinde dicas coniurationes prout in illa arte continetur, quam cupis facere.

Coniuracio diei Lune, in primo Coelo.

Coniuro & confirmo super vos Angeli fortes & boni in nomine **Adonay, Adonay, Adonay, Eye, Eye, Eye, Cados, Cados, Cados, Achym, Achym, Achym, Ya, Ya, Ya, Fortis Ya,** qui apparuit in monte Synay, cum gloria Regis **Adonay, Saday, Sabaoth, Anathay, Ya, Ya, Ya, Ya, Marenata, Abym, Ye, Ya,** qui maria creauit, stagna, & omnes aquas, in secundo die, quasdam super Coelos, quasdam in terra, & sigillauit mare in alto nomine suo, ut terminum quem sibi posuit non preterirent: Et per nomina angelorum [7] qui dominantur in primo exercitu, qui seruiunt **Orphaniel** angelo magno, precioso & honorato. Et per nomen stelle, que est Luna, Et per nomina predicta, coniuro super te **Gabriel**, qui es prepositus diei secundi, ut pro me labores, et cetera, *ut supra.*

Coniuracio diei Martis in quinto Coelo.

Coniuro & confirmo super vos Angeli fortes & sancti per nomen, **Ya, Ya, Ya, Ya, Ha, Ha, Ha, Va, Hy, Hy, Ha, Ha, Va, Va, Va, An, An, An, Aya, Aya, Aya, El, Ay, El, Elyora, Eloym, Elyom.**[10] Et per nomina alti Dei, qui fecit aridam aparere & vocauit terram, & produxit arbores & herbas de ea, & sigillauit super eam cum precioso honorato & metuendo nomine suo, & per nomina Angelorum qui dominantur in quinto exercitu, qui seruiunt **Acymoy** angelo magno, forti & potenti & honorato, & per nomen stelle, que est Mars, & per nomina predicta, coniuro super te **Samael** angele magne, qui es prepositus diei Martis. Et

per nomen **Adonay** Dei viui & veri, ut pro me labores, & adimpleas, *etc*. Sicut supra in die dominico continetur.

Coniuratio diei Mercurij, in secundo Coelo.

Coniuro & confirmo super vos, Angeli fortes & sancti & potentes, & metuendi & benedicti in nomine **Ya, Adonay, Elyon, Saday, Saday, Saday, Eye, Eye, Eye, Asaraye, Asaraye.** Et in nomine **Adonay** Dei Ysrael, qui creauit luminaria magna, ad distinguendum diem a nocte. Et per nomina Angelorum omnium deseruientium in exercitu secundo, coram **Tegra** angelo maiori forti atque potenti. Et per nomen stelle, que est Mercurius, & per nomen sigilli cum quo sigillantur a Deo fortissimo & honoratio omnia predicta, coniuro super te **Michael** angele qui es prepositus diei mercurij. Et per nomen sanctum quod erat scriptum in fronte Aaron sacerdotis altissimi creatoris. Et per nomina angelorum qui in gratia creatoris[11] confirmati sunt. Et per nomen sedis animalium habentium senas alas, ut pro me labores, etc. Ut supra.

Coniuracio diei Iouis, in sexto Coelo.

Coniuro & confirmo[12] super vos Angeli sancti per nomen **Cados, Cados, Cados, Esaraye, Esaraye, Esaraye, Hatym Ya, firmator seculorum, Cantine, Uyaym,** [8] **Gnie, Yarac, Calbat, Sabbao, Assaf, Maceph, Brarifay, Aluaym.** Et per nomen **Adonay** qui creauit pisces & reptilia in aquis & Aues super faciem terre volantes versus celos die quinto, Et per nomen Angelorum seruentium in sexto exercitu **Pastoro**[13] angelo sancto magno & potenti principi. Et per nomen stelle que est Iupiter. Et per nomen sigilli sui.

Et per nomen **Adonay** summi Dei omnium creatoris. Et per nomen [+stelle que est Iupiter et per nomina omnium][14] stellarum, Et per <nomen &>[15] vim atque virtutem earum. Et per nomina predicta. Coniuro super te **Satquiel** angele magne, qui es prepositus diei Iouis, vt pro me labores, etc.

Coniuratio diei Veneris, in tertio Coelo.

Coniuro & confirmo[16] super vos Angeli fortes sancti atque potentes, in nomine **On, Hey, Heya, Ha, Ya, ya, ya, Adonay, Saday.** Et in nomine **Saday,** qui creauit quadrupedia & animalia reptilia &

homines in sexto die. Et Ade dedit potestatem super omnia animalia, unde benedictum sit nomen creatoris in loco suo. Et [+per] nomina angelorum seruientium in exercitu tertio, coram **Dagiel** angelo magno, principe forti atque potenti. Et [+per] nomen stelle, que est Venus. Et per sigillum eius, quod est secretum. Et per nomina predicta coniuro super te **Anael,** qui es prepositus diei sexte, ut pro me labores etc.

Coniuracio Saturni, diei Sabbati, in septimo Coelo.

Coniuro & confirmo[17] super vos **Cafriel, Machaton & Uriel** & **Seraquiel** angeli fortes & potentes, per nomen **Adonay, Adonay, Adonay, Eye, Eye, Eye, Acym, Acym, Acym. Cados, Cados, Cados. Yma, Yma, Yma. Saday, Ya, Sar,** Domini formatoris seculorum, qui in septimo die quieuit. Et per illum qui in beneplacito suo filiis Israel in hereditatem obsequium dedit, ut eum firmiter custodirent & sanctificarent ad habendum inde bonam in alio seculo remunerationem. Et per nomina angelorum seruientium in exercitu septimo **Boel** angelo magno & potenti principi. Et per nomen stelle, que est Saturnus. Et per sanctum sigillum eius. Et per nomina predicta, coniuro super te **Cafriel,** qui es prepositus diei septime, que est dies sabbati, ut pro me labores, etc.

[XII.] De Spiritibus Aeris regnantes diebus septimane scribendis post nomen hore & post nomen angeli hore & sic de ceteris, ut supra.

Nunc dicendum est de Spiritibus regnantibus diebus septimane, qui scribenda sunt in superiori circulo, videlicet, post nomen hore, & nomen angeli hore, & sic de cereris, ut supra & respondebunt de [9] omnibus que nescis, si vocaueris eos, si rite prelibata opere compensaueris.

Isti sunt Spiritus Solis.

Die Dominico regnant isti angeli, **Varcam** Rex, & ministri eius sunt isti: **Tus**, **Andas**, **Cinabas**, & sunt suiecti soli, & vento eius, qui dicitur Boreas.

Eorum natura est dare Aurum, cum carbunculis, ad libitum,[18] diuitias, gratiam & beniuolentiam gentium impetrare, & inimicitias hominum dissoluere, homines in honoribus sublimare. Infirmitates attribuere vel aufferre.

Sua corpora sunt ampla & magna, sanguinea, & grossa.[19] Colores eorum sicut aurum politum, etiam sanguine desuper pictum. Motus eorum sicut Coeli corruscatio. Et signum eorum est mouere sudores inuocanti.

Spiritus vero Lune sunt sequentes.

Die Lune regnant isti Spiritus, **Archam** Rex, & ministri eius **Bileth,[20] Misabu, Abuzaba.** Et sunt subiecti Lune,& vento eius qui dicitur Zephirus.

Eorum natura est argentum ad libitum dare, res de loco ad locum defferre. Equum velocem tribuere, & secreta presentia & preterita personarum dicere.

Sua corpora sunt ampla, magna, mollia, flegmatica, Colores eorum sunt sicut nubes obscura & tenebrosa. Habent vultum tumefactum, oculos rubeos, aqua plenos, & non habent pilos in capite. Et habent dentes ut aper.

Motus eorum sicut magna maris ruina. Et signum eorum est quod magna pluuia iuxta circulum cadere videtur inuocanti.

Et Spiritus Martis sunt hic annexi.

Die vero Martis regnant isti Spiritus: **Iamax** Rex, & ministri eius sunt, **Carmax, Ismol, Paffram,** & sunt suiecti Marti & vento eius, qui dicitur subsolanus.

Eorum natura est prelia & mortalitates, occisiones, proditiones & combustiones facere. Et mille milites cum suis famulis, qui sunt duo milia ad tempus dare, & mortem cuicunque aut infirmitatem aut sanitatem attribuere.

Corpora sua sunt parua, macra, colerica, in aspectu turpissima. Color eorum sicut cuprum ignem & parum denigratum. Et habent cornua instar cerui, & ungues admodum griffonum, & ululant sicut thauri insani. Et motus eorum quasi combustiones ignis.

Signum eorum est, quod fulgur & tonitruum iuxta circulum cadere videtur inuocanti.

Sunt autem Spiritus Mercurij

Die Mercurij regnant isti Spiritus: **Mediat** Rex, & coadiutores eius sunt, **Suquinos, Sallales**, & sunt subiecti Mercurio & vento eius, qui dicitur Affricus.

Eorum natura est omnia metalla [10] dare, & omnia presentia, preterita & futura terrea reuelare, Iudices placare, & victoriam in palacio [*placito][21] dare. Experimenta & omnes scientias destructas reedificare[22]

& docere. Et corpora etiam ex elementis mista conditionabiliter unum in aliud transmutare,[23] Et infirmitatem & sanitatem dare, pauperes sublimare, & sublimes deprimere, Spiritus ligare vel dissoluere, Seras aperire. Isti vero omnes operationes aliorum habent, sed hoc non ex perfecta potentia vel virtute vel scientia.

Sua corpora sunt medie staturę, frigida, humida, veneranda pulcra, in eloquio rauca, humanam formam habentia, ad modum armigeri competentis.[24] Color eorum sicut nubes [+clara, motus eorum sicut nubes][25] argentee. Signum eorum est quod horribilitatem tribuunt inuocanti.

At vero Spiritus Iouis sunt.

Die autem Iouis regnant isti Spiritus: **Guth** Rex, & ministri eius sunt **Maguth, Gutriro**, alias, **Gutrim**, *sicut reperi*[26] *in uno experimento preparato, in quo etiam experimento inueni tertium ministrum in circulo scriptum qui dicebatur Magoth*.[27] Et sunt suiecti Ioui & vento eius qui dicitur Auster.

Eorum natura est amicicias mulierum tribuere & generare leticias & gaudia, lites pacificare & inimicos mitigare. Sanos infirmare, infirmos sanare, & auffere damna cuicumque.

Sua corpora sunt sanguinea, & colerica,[28] et medie stature, tremendissima, In motu & visu mitissima, Eloquio blanda. Vultus eorum in forma benivolentissima. Color eorum sicut aes non politum, & colore flamme ignis depictum, Motus eorum est corruscatio cum tonitruo. Et signum eorum est quod inuocanti videbitur iuxta circulum homines a Leonibus deuorari.

Et Spiritus Veneris sunt sequentes.

Die attamen Veneris regnant isti Spiritus, **Sarabrotres** Rex, & coadiutores eius sunt, **Amabil, Abalidoch,** & **Fla.** Et sunt suiecti Veneri & vento eius qui dicitur Zephyrus.

Eorum natura sunt, dare argentum, Homines calefacere, Iuuenes excitare & ad luxuriam concordare. Matrimonium facere. Homines in amore mulierum constringere. Homines infirmare vel sanare. Et facere omnia que mouentur.

Sua corpora sunt medie stature, pulchra, dulcia iocosa. Color eorum est sicut [+nix desuper deaurata, et motus][29] eorum sicut stella clarissima. Signum eorum est, quod puellas extra circulum ludentes videbunt, ac ad ludum concitabunt inuocantem. Sed valde cauendum est, ne unquam eis condescendat, in ludo.[30]

[11] Isti sunt Spiritus Saturn.

Die Saturni regnant isti Spiritus, **Maymon** Rex, & ministri eius sunt **Albumalith, Ascubi**[31] & **Balideth**, & sunt subiecti Saturno & vento eius qui dicitur Affricus.

Eorum natura est, seminare discordias, odia & malas cogitationes generare, plumbum ad libitum dare, Quemlibet interficere, cuilibet membra destruere.

Sua corpora sunt longa gracilia, cum ira & rancore plena. Et vultus habent quatuor, unum a parte anteriori, aliud a parte posteriori, & in quolibet sunt duo rostra ampla & longa, ad longitudinem trium pedum, & videntur duos serpentes deuorare.[32] Et hunc duos alios vultus in ambabus genibus qui cum tremore[33] maximo adesse videntur, & sunt in colore nigro & lucenti sicut speculum politum. Motus eorum est ventorum agitatio cum apparentia terremotus.

Signum eorum quod terra alba cocta [*tecta][34] niue splendidior videbitur inuocanti.

[XIII.] De suffumigium planetarum.

Nunc dicendum est de suffumigijs planetarum, quia unusquisque planetarum habet suum suffumigium. Et primo tractabimus de suffumigio solis, idest **diei dominice.**[35]

Dies dominicus, habet a sandolum, rubeum.

Dies Lune, habet: Aloem.

Dies Martis, habet: Piperem.

Dies Mercurij, habet: Masticem.

Dies Iouis, habet: Crocum.

Dies Veneris, habet: Muscum.

Dies Saturni, habet: Sulphurem.

De preparatione & benedictione specierum.

Deinde fac benedicere a sacerdote sicut decet prenominatas species, cum subannexa oratione, Vz.

[XIV. Oratio.]

Deus Abraam, Deus Isaac & Deus Iacob, Benedic has creaturas specierum, ut vim & virtutem adimpleas odorum suorum ne hostis, nec fantasma aliqua inimici eas intrare vel prepedire queat. Per dominum nostrum Iesum etc.[36]

Deinde aspergat eas Aqua benedicta.

[XV. Exorcismus et benedictio ignis.]

Quum vero decreueris eas in ollas carbonibus accensis imponere, expedit ut ignem quoque exorcismo expies rite, sequentibus verbis.

De exorcismo ignis & obseruatione eiusdem.

[12]

Exorcizo te creatura ignis, per illum per quem facta sunt omnia, ut statim omne fantasma eijcias a te, ut nocere non possit aliquo opere humano.

Deinde dic:

Benedic Domine creaturam istam ignis, ut benedicta & sanctificata sit in collaudatione nominis tui sancti, ut nullum nocumentum sit gestantibus & videntibus. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, etc.[37]

[XVI.] De veste & Pentaculo.

Nunc quoque dicendum est de veste & pentaculo quod debet sui super vestem. Vestis autem si fieri potest sit sacerdotis, si vero haberi non potest, sit linea bene candida & nitida. Super quam vestem suatur hoc pentaculum, factum in die Mercurij & hora eius, Luna crescente, in carta vel membrana virginea [*haedi].[38] Et dic, hoc est pentaculum. Prius tamen fac super ipsum dicere missam unam de Spiritusancto,[39] deinde suatur super vestem. Et utique si sacerdotalis non extiterit, sit a sacerdote rite benedicta, vel consecrata.

Pentaculum:



[XVII. Exorcismus spirituum aereorum.]

Nunc dicendum est de exorcismo suprascriptorum Spirituum aëreorum, qui sequentem continet formam:

Exorcismus.

Per potentissimum & corroboratum nomen Dei **El**, forte & admirabile, vos exorcizamus (*tales spiritus, quos volueris de quocunque capitulo suprascripto*) Et imperamus, per eum qui dixit, et factum est. Et per omnia nomina eius. Et per nomen **Adonay, Eloy, Eloym, Sabaoth,**[40] **Saday,** quod est dominus Deus excelsus, Exorcizamus vos atque potenter vobis imperamus, ut appareatis statim[41] nobis hic iuxta circulum, in pulchra forma humana & sine deformitate & tortuositate aliqua. Venite, venite, venite vos omnes (tales) quia vobis imperamus per nomen **Y & V** quod Adam audiuit & locutus [+est] & sapiens factus est. Et per nomen **Agla**, quod Noe audiuit & sanatus est [+de diluuio], cum omni sua familia.[42] Et per nomen **Ioth**,[43] quod Iacob audiuit ab angelo cum eo luctante & liberatus est de manibus fratris sui Esau, Et per nomen **Anepheneton**,[44] quod Aaron audiuit & eloquens & sapiens factus est. Et per nomen **Sabaoth** quod Moyses nominauit & omnia flumina Egypti versa [13] fuerunt, cum paludibus, in sanguinem. Et per nomen **Oristion**, quod Moyses nominauit, & omnes fluuij ebulierunt & scaturierunt ranas, & ascenderunt [+in] domos Egyptiorum omnia deuastantes & inficientes. Et per nomen **Elyon**, quod Moyses nominauit & ingruit grando talis, qualis non fuit ab initio mundi. Et per nomen **Adonay**, quod Moyses nominauit & affuerunt locuste & apparuerunt super uniuersam faciem terre Egyptiorum & deuorauerunt,[45] qua residua erant grandini. Et per nomen **Alpha & ω**, & in nomine **Alpha & ω** quod Daniel nominauit & destruxit Bel & drachonem interfecit. Et in nomine **Emanuel**, quod tres pueri, Sydrach Misach & Abednago in camino ignis ardentis cantauerunt & liberati fuerunt.[46] Et per hec nomina, & alia nomina domini nostri Dei Omnipotentis viui ac ueri, vos qui culpa vestra de celo excelso proiecti fuistis usque ad infimum locum, exo[r]cizamos, vobisque imperamus viriliter per eum qui dixit & factum est, cui omnes creature obediunt. Et per illum diem tremendum iudicij.[47] Et per Mare vitreum, quod est ante conspectum diuine maiestatis.[48] Et per quatuor animalia coram sede diuine maiestatis gradientia,[49] oculos ante & retro habentia. Et per ineffabilem ipsius creatoris

virtutem. Et per eius omnipotentiam. Et per ignem ante thronum eius circumstantem.[50] Et per angelos celorum qui in ecclesia Dei nominatur. Et per summam sapientiam omnipotentis Dei Iesu Christi,[51] viriliter exorcizamus, ut nobis hic ante circulum appareatis ad faciendam omnem nostram voluntatem in omnibus rebus, sicut placuerit nobis per sedem Baldachie. Et per hoc [+nomen] **Primeumaton** quod Moyses nominauit, & in cauernis abyssi absorpti fuerint Dathan Abyron & Chori. Et in virtute istius nominis Primeumaton, [+tota celi militia compellente,][52] maledicimus vos in profundum abyssi, & usque ad ultimum diem iudicij vos ponimus & religamus in ignem eternum, nisi statim appareatis hic coram nobis ante circulum istum ad faciendum voluntatem nostram in omnibus. Venite per hec nomina **Adonay Sabaoth Adonay Amora [*Annora]**. Venite, venite, [+imperat vobis **Adonay Saday**, Rex regum potentissimus, et tremendissimus: cuius vires nulla subterfugere potest Creatura, vobis pertinacissimis futuris, nisi obedieritis, et appareatis, ante hunc circulum, affabiles subito: tandem ruina flebilis miserabilisque et ignis in perpetuum inextinguibilis vos manet. Venite ergo in nomine **Adonay, Zebaoth, Adonay, Annora**: venite, venite, quid tardatis? festinate][53] imperat enim vobis **Adonay Saday, Rex regum El, Aty, Tyteyp, Azyahim, Tey, Minosel, Achadan, Vay, Vaa, Ey, Haa, Eye, Eye, A, El, El, El, A, Hy, Hau, Hau, Hau, Hau, Va ,Va, Va, Va.**

[XVIII.] Sequens oratio dicenda est in quattuor mundi partibus.

Ammorule, Tancha, Latistem, Eliorem, Rabur, Tancha Latistem, Escha, Abadia,[54] **Alpha & ω, Yeyste, Orystion,** Te suppliciter exoro & uoco, ut tuo Iudicio hi Spiritus quos inuoco conuincti & constricti veniant vocati & dent [14] mihi responsa vera, de quibus interrogauero. non nocentes alicui creature, non ledentes, non furentes, non frementes, nec me, sociosque meos, vel aliqua creaturam ledentes, nec aliquem terrentes, sed petitionibus meis, & in hijs omnibus que precipiam eis sint obedientes. Amen.

[XIX.]

Tunc stans in medio circuli, pone manum prope Pentaculum Salomonis & dicas:

Per Pentaculum Salomonis aduocati, dent mihi responsum verum.[55]

[XX. Coniuratio.]

Deinde dicat.

Gemoliachide[56] ministri tartaree sedis Premachie princeps sedis Apoloice Noanarmirte, Ego vos inuoco, atque inuocando vos coniuro, atque superne maiestatis munitus virtute potenter impero, per eum qui dixit & factum est, & cui obediunt omnes creature. Et per hoc nomen ineffabile, scilicet **Thetragrammaton, Joth, Heth, He, Vau**. **Vel ut alibi habetur.**[57] יהוה, **Jod, He, Vau, He**, in quo est plasmatum omne seculum. Quo audito omnes exercitus celestium, terrestrium, marium & infernorum tremunt & colunt, quatenus cito & sine mora & omni occasione remota, ab uniuersis mundi partibus veniatis & rationabiliter de omnibus de quibus vos interrogauero respondeatis, & non noceatis mihi nec socijs meis, nec alicui creature, & non mentiamini, sed veritatem dicatis de omnibus de quibus vos interrogauero. Et veniatis pacifice nunc sine mora manifestantes ea quod cupimus, omnia, coniurati per nomen eterni viui ac veri Dei **Heliorem**.

[XXI. Visiones et illusiones.]

¶ Quo facto, apparebunt infinite illusiones & visiones sicut pulsantes organa & omnia genera musicalium instrumentorum. Et hoc faciunt, ut socios faciant exire extra circulum ad corizandum cum ipsis, que supra magistrum nihil possunt.[58] Et post hec videbis ingentes cateruas militum & bellatorum, & hec faciunt ut socij fugiant de circulo. Et post hec videbis infinitos sagittarios cum infinita multitudine bestiarum horribilium, quasi volentes deuorare dictos socios.

Tunc magister dicat tenendo manum prope Pentaculum.

¶ Fugiat nequitia vestra [+virtute vexilli Dei].[59]

Et tunc Spiritus magistro obedire coguntur, & socij amplius non videbunt hoc.

Deinde Exorcizator teneat manum prope pentaculum, & dicat.

Ecce Pentaculum Salomonis quod ante vestram adduxit presentiam. Ecce personam Exorcizatoris in medio exorcismi qui est optime a Deo munitus intrepidus, prouidus, qui pro viribus potenter vos inuocauit, & uocat. Venite, venite ergo [15] cum festinatione, Venite **Oaye, Saraye,**[60] ne differatis venire per nomina eterni Dei viui & veri **Heloy, Archyma, Rabur.** Et per hoc presens Pentaculum, quod super vos potenter imperat. Et per virtutem celestium spirituum. Et per personam exorcizatoris coniurati festinanti[61] venire & obedire preceptori vestro qui vocatur Occinomos.

¶ Et facto hoc sibilet in quatuor partibus. Et videbis immediate magnos motus, & propria signa. Et cum hoc videris, dicas,

Cur tardatis, Que est mora vestra, quid facitis? preparate vos obedire preceptori vestro in nomine domini **Bethat,** vel **Vachat,** Super **Abroc, Ruens**, **Superiruens**, **Abeor,** Super **Aberora.**

Et immediate venient in sua forma propria. Et quando videbis eos iuxta circulum, ostende eis Pentaculum, & dicas.

Ecce confusionem vestram nolite esse inobedientes.

Et subito videbis eos in pacifica forma, & dicent tibi,

Pete quid vis, quia nos sumus parati, complere omnia mandata tua, quia dominus ad hoc nos subiugauit.

Tunc pete quod vis & fiet statim.

[XXII.] De modo operationis.

Nunc dicendum est quid operans debet operare. Primo Luna sit crescens & par si fieri potest, & non sit combusta. Deinde operans sit nitidus & purus per nouem dies ante inceptionem operis in hora, & sit confessus & communicatus.

Deinde habeat suffumigium pertinens illi diei, in quo facis opus, similiter aquam benedictam a sacerdote, Habeatque ollam terream igne plenam, vestem quoque cum Pentaculo.

Postquam vero omnia prelibata habuerit preparata, unus ex discipulis portet[62] ollas cum igne & suffumigationibus. Alius vero portet Librum, & alius vestem cum pentaculo. Magister vero portet gladium, super quem dicta sit una missa de Spiritussancto, & in mella[63] eius sit scriptum hoc nomen ✠ **Agla.** ✠ Et in opposito latere, nomen ✠ **On.** ✠.

Et quando pergit ad locum semper eundo dicat Letanias & discipuli respondeant more debito.

Cum vero venerit ad locum destinatum, protrahat circulos, quorum unus contineat latitudinem pedum nouem. Secundus autem distet a primo per palmum, pari quoque modo paretur tertius. In medio vero primi circuli, fac crucem unam. Et in una parte, scribe **Al** & in alia, **pha**, & in alia **ω**.

Deinde inter primum & secundum circulum, in una & in alia parte, fac duas cruces, similiter & in alia & alia cruces duas,* [in marg: * Et in alia & in alia, duas cruces. Et in alia & in alia duas cruces: & erunt simul. 16.]

Post hec in parte una scribe hoc nomen **Thetragrammaton**, **יהוה** & in alia, **Adonay**, & in alia, **Eloy**, & in alia **Agla**.

Deinde inter secundum [16] & tertium circulum, scribe nomen hore, & nomen angeli hore, & sigillum angeli hore, & nomina angelorum regnantium in tempore, & nomen terre conueniens quatuor temporibus, & nomina Solis & Lune, quatuor temporibus conuenientia.

Deinde inter tertium & quartum circulum, scribe nomina illorum spirituum aereorum, qui regnant in illa die, in quo tu facis opus.

Et postquam hec scripseris, aspergas circulum cum aqua benedicta, & dicas.

> Asperge me domine ysopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.

Deinde induas te veste, & dic sequentem orationem.

[XXIII.] Oratio.

> **Ancor, amacor, amilces, theodomas, Iancor,** Per merita angelorum tuorum domine induam vestimenta salutis, ut hoc quod desidero possim perducere ad effectum per te sanctissime **Adonay,** cuius regnum permanet per omnia seculorum secula. Amen.

[XXIV. Collocatio circuli.]

Et postquam hoc feceris, teneas cultellum[64] in manu tua dextra & verbera aerem in modum crucis undique, prius situatis socijs, videlicet, uno in occidente, secundum in meridie & tertium in oriente.

Deinde magister flectet genua & dicat coniurationem illius diei in quo facit opus versus orientem. Deinde surgat & incipiat exorcizare spiritus aereos regnantes in illo die in quo facit opus, exorcismo suo, &

regat se in omnibus, sicut supradiximus & ut superius diximus & perueniet ad effectum in omnibus que desiderauerit.

[XXV.] Sequitur instructio experimentorum.

Si volueris aliquod experimentum exerceri. Scribe nomen vel nomina illorum spirituum in superiori circulo, qui continentur in illo experimento. Deinde nomen hore & nomen angeli hore, & ea que sequuntur, sicut superius intulimus, & exorcizabis eos exorcismo qui continetur in illo experimento. Et si non non venerint, exorcizabis eos exorcismo qui continetur in hoc libro, & sic habebunt effectum priora mediante exorcismo dicto illius diei in quo tu facis experimentum.

[XXIIa.] De constructione Circuli.

De modo & forma Circuli, exempli causa. Si disposueris conuocare spiritus Solis. Primo, scribe nomen prime hore quod est **Yayry**, vel **Yayn**, & nomen angeli hore, quod est **Raphael**, & sigillum eius. Et nomina angelorum regnantium illo die. Videlicet, **Raphael, Dardiel, Huratayel**. Deinde considera in quo tempore facis opus tuum. Et si est in primo tempore, scribe nomen primi temporis, quod est **Talui.** Si in secundo, secundum. Et in tertio, tertium. Et sic de reliquis. His subiungas & nomina angelorum regnantium tempore illo. Et nomina angelorum primi temporis sunt, **Caracasa, Core, Amatiel, Commissores**. Nomen quoque Capitis signi, quod est, **Spugliguel**, et sic de singulis. Deinde scribe[65] [17] nomen terre conueniens primo tempore quod est, **Amaday**, & sic de singularis. Post hec adde nomina solis & Lune, congruentia primo tempore. Nomen solis est, **Abraym**, primum. Et primum nomen Lune est **Agusita.** Deinde considera nomina Spirituum illorum aereorum, qui regnant illo die in quo opus tuum facis. Nomina quoque spirituum aereorum Solis sunt **Varcam Rex, Tus, Andas, Cinabas,** & sic de singulis.

Ne autem in predictis vacilles subieci formam Circuli.[66]

[16.2 + 16.5]

Sequitur compositio quorundam suffituum Planetis accomodator. Que non inconsulte huic Libello adieci.[67]

Si[c] conficimus pro Sole suffumigationem, ex croco, ambra, musco, ligno aloës, ligno balsami, & ex fructibus lauri cum garyophylis & myrrha, & thure, quę omnia contusa & certa proportione commixta, ea videlicet quę suauiorem reddat odorem incorporantur cum cerebro aquilę, vel sanguine galli albi in modum catapotiarum[68] vel trochiscorum.

¶ Lunarem vero suffumigationem conficimus ex capite ranę arefacto & oculis tauri, & semine papaueris albi, cum thure & camphora, quę incorporabuntur cum sanguine menstruo, vel sanguine anseris.

¶ Pro saturno, capitur semen papaueris nigri, semen hyoscyami, radix mandragore, lapis magnes & myrrha, & conficiuntur cum cerebro catti, vel sanguine vespertilionis.

¶ Pro Iove, accipitur semen fraxini, lignum aloës, storax, gummi benzae, lapis lazuli, & de summitate pennarum pauonis, & incorporantur cum sanguine ciconie, vel hirundinis, vel cerebro ceruino.

¶ Pro Marte capimus euphorbium, bdelium, armoniacum, radices utriusque ellebori, lapidem magnetis & parum sulphuris, & incorporantur omnia cum cerebro corui, sanguine humano, & sanguine cati nigri.

¶ Pro Venere conficimus fumigium ex musco, ambra, ligno aloës, rosis rubeis et corallo rubeo, & conficiuntur cum cerebellis passerum, & sanguine columbarum.

¶ Pro Mercurio fit suffumigium ex mastiche, thure, gariophyllis, & herba penthaphyllo, ac lapide achate, & incorporantur omnia cum cerebro vulpis, vel mustele, & cum sanguine pice.

¶ Sunt pręterea suffitus saturni, omnes odorifere radices, ut costi, & herbe thuris. Iouis suffitus odoriferi quique fructus, ut nux muscata, ut gariophylli. Martis omne odoriferum lignum, sandalorum, cupressi balsami & ligni aloës; Solis omne gummi, thus, mastyche, benzaë, storax, ladanum atque ambra & muscus. Veneris sunt flores, rose, viole, crocus, & consimiles. Mercurij omnes cortices lignorum & fructuum, ut cinamomum, cassia lignea, macis, cortices citri, & lauri grana, & quęque etiam odorifera semina. Luna habet pro suffitu vegetabilium omnium folia, ut folium Indum, & folia myrty, & lauri. ¶ Scias praetera, iuxta magorum sententias, quod in omni opere bono, ut sunt amor, benevolentia, & similia, suffumigium debet esse bonum, redolens & preciosum. In malo autem opere, [16.5] ut sunt odium, ira, calamitas, & similia, suffumigium debet esse fœtidum & vile.

¶ Habent etiam duodecim signa Zodiaci suos suffitus, ut Aries, myrrham, Taurus, costum, Gemini, mastychen, Cancer, camphoram, Leo, thus, Virgo, sandalos, Libra, galbanum, Scorpius, opopanacen, Sagittarius, lignum aloës, Capricornus, asam, Aquarius, euphorbium, Pisces, thymiama. Potentissimum autem suffituum describit Hermes ex septem aromatibus iuxta septem planetarum vires conflatum. Recipit namque a Saturno costum. A Ioue, nucem muscatam. A Marte, lignum

aloës, a Sole mastychem. A Venere, crocum. A Mercurio, cinnamomum. Et a Luna, myrthum.

De suffitibus & earum ratione & potentia vide latius infra folio 117, 118, & 119.

[16.3 + 16.4]

[De constructione circuli, continuatio.]

¶ Presentem composui circulum iuxta quod intelligere potui per lecturam folij 15, linea 17, & folio 16, linea 29. Adieci tamen de bene esse aliquam Diuina nomina que in postrema lectione non continentur. De duabus* [in marg: *quadratis] figuris circulos dictos complectentes prorsus nullibi fit mentio in presenti volumine, nec in duobus subsequentibus, nisi tantum reperi totam figuram in prothotypo designatam sicut folio 17 continetur, qua tam in Diuinis nominibus quam in reliquis designationibus iuxta litteram continet, nihil prorsus. Reperies & infra alias opiniones de circulorum compositione, folio 76 li. 23, cum suis circulis & pentaculis. Similiter folio 95 linea 6 & circulorum figuram folio 96 linea primum.

Adherebis cui volueris. Attamen de duabus quadratis figuris, nullibi fit expressio.



[17 *continued*]

¶ Hęc est forma Circuli sepe citati & de compositione eius sermo habitus, similiter & de introitu eius, locutio peracta. Si quis rite obseruatis prelibatis conditionibus in eum introierit, securus, & sine timore ullo, tamquam in fortissimo & optime munito* [in marg: Castro] existens permanebit, technasque, ludibria ac pericula cum comminationibus malignorum spirituum euadet, dumodo, fide & spe munitus, excutiet omnem timorem & muliebres pusilanimitates.



[XXIIb.] Quomodo in administratione predictorum operator se exercere & exhibere debeat.

In primis namque sit ieiunus & castus per triduum ante inchoationem operis, & mundissimis indutus vestibus, & cum pentaculis. Quarto vero die, si operare voluerit die solis, idest die dominico [18] & hora eius, & secundum artem est primus dies hebdomade, & expedit inuocare angelos quarti Celi a quatuor partibus mundi, dicendo prius septem nomina angelorum in uniuersis partibus mundi, qui president septem diebus septimane & septem planetis, & septem metallis, & septem coloribus. Et nomina eorum sunt, Cafriel, Satquiel, Samael, Raphael, Anael, Michael, Gabriel.

Stabitque flexis genibus nominabit predicta nomina, dicens.

[A1. Adiuramentum angelorum.]

> O Angeli predicti, estote in adiutorio meo, ad obtinendum quod peto. Adiutoresque in rebus & operationibus meis.

[A2. Spiritus aerei regnantes in caeli inferioribus quorum nomina inuocanda sunt in circulo a quatuor mundi plagis.]

Deinde inuocabit angelos quarti celi, & vocatur, **Mathon**, Arigeli, Solis. [***Machen/Machonon,** angeli Solis.]

Isti angeli regnant in parte septentrionis: **Ariel, Aniel, Veaguel, Masgabriel, Sapiel, Matuel.**

Isti angeli seruiunt in parte australi, Vz. **Nabadiel, Nathasiel,**[69] **Carsiel, Uriel, Maromiel [*Naromiel].**[70]

Isti angeli regnant in parte orientali, Sic.: **Samael, Baciel, Atel, Fabriel, Vronatraba**.

Et sequentes in occidente, Vz., **Anael, Pabel, Uflael [*Ustael],**[71] **Burcat, Succeratos, Capabali.**

Istis inuocatis dicas.

> Deprecor vos obnixe, ut hodie peticionem meam, opus & labore meum ac intentum aduertatis atque impleatis.

Angeli vero diei Veneris[72] sunt sequentes.

¶ Angeli presidentes in tertio Celo, vocatur, **Saquin**, & isti sunt primo in plaga Septentrionali, sz.: **Peniel, Penael, Penat, Raphael, Raniel, Doreniel.**

Et angeli meridionales sunt: **Perna, Saquiel, Cheremiel, Samael, Sautaniel, Famiel.**

Ac angeli orientales, sunt: **Serquiel,**[73] **Quadisu, Tataniel, Tamael, Corat, Tanaciel.**

Et sequentes regnant in partibus occiduis, scilicet. **Turiel, Caniel, Rabit, Hadie, Maltiel, Hutaciel.**

Quibus inuocatis & nominatis, dic ut supra, Deprecor vos obnixe, etc.

Angeli diei Mercurij sunt qui sequuntur.

¶ Angeli vero qui presunt secundo celo, nuncupatur, **Raguia** [***Raquia**], sunt primo isti,

in parte septentrionali, Vz. **Tiel, Rahel, Iariahel, Venael, Velel, Abuiori. Veirmiel.**

Et angeli regnantes in parte meridionali, sunt: **Milliel, Nelapa, Babel, Caluel, Luel, Laquel.**

Et angeli orientales, sz.:**Matay, Cariniel, Baraburat.**

Demum presides occidentis sunt: **Yeresaye, Mitraton.**

Quibus inuocatis, dic, ut supra: Deprecor vos ob. Etc.

Angeli Lune, & diei Lune.

¶ Et angeli seruientes in primo celo sunt. **Samaym**, nuncupati, [19] & primi sunt septentrionales, sz.: **Mael, Unael, Ualnram, Ualiel, Balay, Umastrail.**

Et angeli regnantes in meridie, sunt: **Curaniel, Dabriel, Darquiel, Huum, Hanail, Vetuel.**

Et angeli orientales sunt: **Gabriel, Gabrael, Madiel, Deanulel, Yanael.**

Et angeli presides occidentales, sz.: **Satquiel, Zaniel, Habayel, Bacanael, Cerabiel.**

Deprecor vos obnixe, etc. ut supra.

Angeli Martis & diei eiusdem sunt

¶ Angeli autem que seruiunt in quinto celo vocantur, **Madron** [***Machon**] & sunt:

primo septentrionales, sz. **Raumel, Hynyel, Rayel, Saraphyel, Matil, Fraciel.**

Et presides meridiei, sunt: **Sacriel, Yaniel, Gardel, Osael, Vianuel, Ralyel.**

Principes vero orientales sunt, **Friaguel, Gicael, Damael, Calzas, Atragon.**[74]

Et rectores angeli occidentis, sz.: **Lama, Astagua [*Astragna],**[75] **Lobquin, Soncas, Yayael, Yslael, Iriel.**

Deprecor vos obnixe, ut ho. Etc. Sicut supra habentur.

Angeli Iouis, ferie quinte, non annumeratur hic, nec Saturni, i.e. diei sabbati.

¶ Coelum Iouis vocatur **Zebub** [***Zebul**]. Dices versus plagam Septentrionalem:

O Deus fortis potens sine principio.

Et versus meridiem dicas.

O Deus potens, & misericors.

Ad orientalem plagam dic.

O Deus magne, excelse, & honorate per infinita secula.

Et conuersus ad occidentem, dic.

O Deus sapiens, iusteque, de Diuina clementia, obsecro & rogo te pijssime pater, ut petitionem meam, opus ac laborem meum, digneris clementer hodie aduertere, intelligere in summa tua potentia perfecte, ac implere, que sine omnipotenti nutu & voluntate, nihil fieri potest in celo, neque in terra, in mare, neque in omnibus abissis. Qui viuis ineloquibilis Deus omnipotens ac incommutabilis, nullius egens, per infinita secula seculorum, Amen.

Laus Deo omnipotenti, Trino & uno, semper. Amen.

¶ Completo ordine isto pulcherrimo ac valde necessario [+*Lucidarii*] Magistri Petri de Abbano. Sequitur quedam Semiphoras.

Sequuntur Semiphoras Moysi.

¶ Hic habes Semiphoras Moysi, que dici debent post inuocationem angelorum versus quatuor partes mundi. Hoc est, versus partem Septentrionis, Contra Meridiem, Ad Orientem, atque ad plagam Occiduam, cum magna attentione & deuotione.

[20] Primum Semiphoras Moysi hominis Dei.[76]

¶ Primum Semiphoras est quando Moyses ascendit in montem [+Synay] & vidit Deum in rubo ardenti qui non comburebatur, & sunt hec nomina. **May, aa, fy, ere, ya, negebue, hazephare, maa, ja, mee, vando, ache, datyniue, raa, iuliathe, athe, roho, sex, gale, macha, sauie, rey, libichai, ybi, yethex, thylion, salie, sachin, liaze, tade, lex, he, yle, mea, rameltyyp, hy, se, saquimiy, lunu, sexe, mee, yelohae, yele, edequegora, araicm, heale.**

Quando ista nomina cum reuerentia & deuotione dixeris, sine dubio opus tuum effectuabitur.

Secundum Semiphoras Moysi.

¶ Secundum Semiphoras est quod dedit Creator Moysi, & per hoc fundatum est templum Belsabel,[77] & per ipsum prophete locuti sunt cum angelis. **Charateman, nacdiras, satartecays, achado, tenayecas, redays, sacetosye.**

Cum istis nominibus potes facere multa mirabilia, Et illud quod volueris potes facere, dumodo caste viuas & semper antequam quicque agas triduano ieiunio & orationibus te expiabis.

Tertium Moysi Semiphoras.

¶ Tertium Semiphoras est quando moysesdiuisit mare rubrum: **Va, eua, ylaye, sapet, helama, maa, eclecau, habac, quete, hybebe, ysael, maboha, archaya, achame, laucha, quelaoyoleye, veuo, pheale, ycyce, malae, hahana, nethe, yethe.**

Ista nomina nominabis cum magna reuerentia & deuotione, quando vis habere gratiam & beneuolentiam ab aliquo, & impetrabis si iusta iuste petieris.

Quartum Moysi Semiphoras.

¶ Quartum Semiphoras est, quando virga Moysi conuertebatur in serpentem, & rursum in virga, que deuorabat omnes serpentes astantium maleficorum. **Fanial, nigromatici, reepi, sacomuel, piston, yanyor, ygaron, vgranro, zenigare, nichon, nucondafaes, castas, ycasastas, yecon, zura, rabba, varit, zatas.**

Ista nomina, dic ut supra cum summa quoque humilitate, & consequeris que petieris.

Quintum Semiphoras Moysi.

¶ Quintum Semiphoras est istud per quod Moyses loquebatur cum Creatore, & fuit repertum in templo Aaron. **Saday, ay, Rex regum, el, aty, tyteyp, hazia, hyn, yey, minosel, achadãm, vay, vaa, ey, haa, heye, heye, ya, a, el, el, el, el, a, hy, hau, hau, hau, va, va, va, va.**

Ista nomina obserua cum suma veneratione, quia abdita sunt & sacratissima, & per ea roga Deum omnipotentem, & quecunque petieris habebis, dummodo a justissimo iudice, iusta requiras.

[21] Sextum hominis Moysi Semiphoras.

¶ Sextum Semiphoras est, quando Moyses, nutu Dei fecit serpentem eneum, & dissipauit thesaurum Aaron. Exat autem scriptum hoc Semiphoras in virga Moysi, in quo reddidit culpabilem populum Dei in adoratione vituli conflatilis, ex auro a populo aggregato, quo in puluerem redacto, tribuit in potu delinquantibus & barba eorum fulua ut aurum ostendebat sontes: **Iana, iane, abibi, humana, valia, azeriel, adonay, sabbaoth, eye, asereye, tygas, yena, eloym, ya, vehu, neu, ne, hay, manuas, astyramias, hy, heu, adonay, yaut, yenti, yeyanue, yaye, hau, hayha, etinet.**

Per hoc Semiphoras poteris omnia mala acta in fauillam deducere, omnesque incantationes & technas maleficorum & prestigiatorum in nihilum reddere.

Septimum Semiphoras Moysi.

¶ Septimum semiphoras est per quod Moyses impetrauit a Deo ut filijs ysrael descenderet manna de Celo, & Orthygometra in refectionem, & excussit aquam de saxo durissimo, & eripuit populum Dei a captiuitate & depredatione: **Chanaeorum, Saday, anoyael, anepheneton, eloy, per, ely, hebeel, mesyas, yeheya, noeua, elion.**

Ista sacratissima nomina inuocabis quando volueris esse liber ab omni periculo, Vz. in vinculis vel carcere detentus, vel quocunque alio malo vel molestia implicatus.

Omnibus predictis rite dictis vel recitatis, sequentem adiunge deprecatiunculam.

Oratio conclusiua, post omnium predictorum adiectiua.

Deus virtutum, solus deorum Deus omnipotens, magnus, incomparabilis, solus timendus & amandus, excedens omnem fortitudinem, plenus omnem excedens plenitudinem, omnem exuperans abundantiam, excellensque omnem amplitudinem in Celo sursum & in terra deorsum, in marique & in omnibus abissis, solus, vite & mortis continens* [In marg: *clauem]. Tu solus es qui es, & preter te non est alius omnipotens, preclarissimus semper in omnibus refulgens, lux indeficiens. Nomen tuum ineffabile atque tremendum **adonay** sit semper in celo & in terra atque in omnibus abissis ab omni creatura, benedictum, laudatum & superexaltatum, per incommutabilia seculorum secula. Amen.

Te deprecor, obsecro & flagito, propter omnia predicta & insuper propter ea que de magnitudine tua nusquam fuerunt nec possunt esse cognita, ut condescendas fragilitati nostre, annuendo que petimus, & stabiliendo concessa, per admirabile quoque nomen tuum **Aye saraye**, per quod & in quo sis semper & ineloquibiliter benedictus, laudatus & magnifice superexaltatus [22] Per infinita & sempiterna secula seculorum. Amen.

Sequuntur Semiphoras, Ade.

¶ Primum Semiphoras est quando Adam locutus est cum demonibus, & accepit consilium ab eis, & sunt: **Adonay, Sabbaoth, Adonay, Amora [*Annora].**

Ista nomina dicas, quando volueris adiurare ventos & cuiuscunque generis demones & spiritus.

Secundum Semiphoras Ade.

¶ Secundum est, cum quo ligabat Adam animalia, & soluebat & cum illis compescebat ea, & sunt septem, sz: **Lavguinel, Lanazanic, lauagelagam, lauagant, lauazilia, lauoraugi, layfahazim.**

Ista nomina dicas cum deuotione & reuerentia, quando volueris constringere & ligare animalia & spiritus.

Tertium autem Ade semiphoras est sequens.

¶ Tertium semiphoras Ade est magne virtutis & potentie, cum quo faciebat sibi obedire Helyam, & est: **Letamiui, letaugogon, letafrin, nabalga, marian, lecarini, vinletage, lungui, letabagin.**

Ista nomina nominabis, quando volueris ut elementa condescendant voluntati tuo.

Quartum semiphoras patris uniuerse carnis.

¶ Quartum Semiphoras est grande & virtuosum, & non debet dici nec nominari in qualibet re, nisi in magna necessitate. Et sunt: **Ebaon, Yaye, Va, adonay, cados, ebriel, eloy, ede, gyel, eloyon, del, yera, yazim, elym, delys, yazim, rizael, paliel, num, nitel, one, ladila, saday, alma, peroninanon, cathiual, vazam, fraf, salpa, calsas, sophia, vita, saday, aglata, penton, aniel, feneston, dirion, yeseraye, pandion, ya, hemanuel, ioth, lalaf, oni, via, thau, doyn, ysrael, minel, la, clauis, allam phener, aglata, tiel, piel, pater, tepon, tesemran, barion, yael.**

Ista nomina sacra nominabis in omni opere tuo arduo & magno, sunt enim super quatuor elementa, etenim cum eis complebis omnia acta tua, restitues destituta, & destrues quacunque libuerit. Laus Deo.

Sequitur declaratio tabule Semiphoras.[78]

¶ Sequentem tabulam Semiphoras, inuenerunt prophete sancti, in qua tenebantur scripta duodecim nomina alta & secreta Creatoris. Si autem Deum pro aliqua re exorare decreueris, in primis habeas sequentem tabulam mundus, sincerissime scriptam in carta virginea, litteris aureis, etiam cum calamo aureo, prius omnibus exorcizatis [23] sicut in clauicula continetur. Fiatque in die mercurij & hora eius, augente lumine luna. Deinde suffumigabis eam, thure, mastice, aloe, & myrrha,

exorcizatis sicut docet in clauicula. Quo peracto, deosculabis nomen sacrum **Iana [*Iaua]**, quod continetur in medio tabule. Plicabisque tabulam in medio tabule, circa nomen sacrum **Iana [*Iaua],** permedium, ita tamen, ne illud nomen incidat in plicam. Quum vero ea uti libuerit, & omnia predicta rite compleueris, super predictam tabulam cum reuerentia & deuotione, dic sequentem orationem, deprecando cunctipotentem Deum, ut condescendat petitioni tue, & proculdubio (si iusta a iustissimo iudice postulaueris) quacunque volueris obtinebis.

Oratio super dictam sacram Tabulam dicenda.

Domine Deus omnipotens, qui solus facis quacunque volueris, & siquis ictu fulminis restiterit, tuo nutu reluctare nequaquam poterit, contra stimulum o omnipotens maiestas, quis conabitur? Longe & ineffabiliter omnipotentatui tuo, minus obstaculum parabit. Qui celum & terram, mare & omnia visibilia & inuisibilia in eis & eorum ambitu continentia, sine labore ineffabiliter plasmasti, sine necessitate, sed sola tua ineloquibili bonitate, eadem tuaque magnifica benignitate uniuersa sine querela sustines & conseruas. Presta mihi indigno peccatori, per ista sancta nomina & abdita mysteria hic contenta, & manibus meis pollutis teneo, quod tuam ineffabilem nunc deprecor clementiam. Et sicut tu omnia que vis irreluctabiliter perficis, ita tuo adiutorio a tua clementia obtineam, que a te postulo, & facere intendo. Vz., ut etc. Hic enunciabis desiderium tuum. Et impetrabis desiderata, ab eo.

¶ Sequens autem Tabula fertur a secretis Hebrorum in Grecum translata, & a Grecis latino ydeomata condonata, & reuelata secundum scientiam & sapientiam pristinorum Patrum nostrorum, succedentibus sibi secretissimis & fidelissimis discipulis. Et tandem sicut hic continetur constructa. Etenim quantum licuit & imittari potuit Hebraycam veritatem, hic intuenti exemplariter conspicitur. Tu autem o operator, caue ne quicquam his addas, vel minuas, alioquin incassum operabis. Et hec dicta sufficiant intelligenti & circumspecto viro.

Sequitur prelibata Tabula Semiphoras.[79] [24]



¶ **Cautela presentis tabule.**

Prothotypus presentis tabule a summo in imum, longior & non precise quadrata consistebat, & videbatur, sicut hic cernitur, a **Theos** in nomen **Fana**, minorem habere distantiam, a **Fana** autem in **Eloy** secundum coniecturam, computabatur tertia pars plus. Et conijciebatur a **Theos** per **Fana** transeundo in **Eloy**, & rursum, ab **alla** & **ya**, per **Fana** in **va** & **deus** figurare perfectam crucem sic. ♱ & forsan quondam erat figura, humanitatis, Deitatis, passionis & mortis domini nostri Iesu Christi. Preterea circumductas per quadrum nullas habebat exemplar, lineas nec quicquam Cinabrio in eo exaratum, sed tantum attramento designata cuncta.

[Liber Clavicule Salomonis]

[25]

¶ In nomine sacratissime & indiuidue Trinitatis, Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritussancti. Amen.

Incipit Liber Clauicule Salomonis, filij Dauid Regis Israel, introductorius totius artis Magice, docensque preparare omnia genera experimentorum necromantice, & diuiditur in duos libros, quorum primus continet capitula decem. Secundus in sectiones viginti & quatuor. Et primus sumit initium de diebus & horis ac minutijs omnino in hac arte pernecessarijs, sine quorum adminiculo omnia inficias ibunt. Secundus autem tomus complectitur omnia que ad effectum huius artis spectant, & nec primus sine secundo, nec secundus sine primo, quicunque ad lucem deducit.

Verba Salomonis Regis Israel ad Filium suum.

Recordare Fili mi Charissime, quomodo ego Salomon a Deo summa sapientiam habui. Ad hec Roboam, Quid promerui, ut in aliquo non assimilarer Patri meo? Salomon respondit. A Deo creatore omnium creaturarum per Reuelationem angeli eius hanc adeptus sum, eo quod nocte quadam in somnis nominaui sanctissimum nomen eius **Iach**,[80] unde promerui humiliter a Deo postulare inauditam & ineffabilem sapientiam atque prudentiam, Apparuit enim angelus domini **Yachiel** vel **Raphael** mihi in somnis & valde affabiliter mihi alloquebatur, ennarrans & dicens, Salomon, Claude secreta secretorum & audi. Imminet enim tempus in quo omnia mysteria scientiarum destruentur & occultabuntur & ad nihilum deuenient, & scias iam tempus immineri. Expergefactus autem, quasi ebrius, & in extasim redactus, tremens cogitabam, quid super audita facerem vel dicerem, videns insuper omnem scientiam detrimentum pati, & hanc ob rem aggregaui omnes scientias sapientum, artesque philosophorum quascunque habere potui, & nostris temporibus supererant, & in eis incomparabilem reperi confusionem. & quamuis inspiratione & nutu Dei artes mechanice erat inuenta, nulla tamen earum erat perfecta. Cernens autem cum dolore hec omnia, per reuelationem angeli Dei, composui opusculum compendiosum, secretum immo & secretissimum, in quo reseraui & occultaui omnia secreta secretorum, artiumque magicarum, sine quibus nihil proculdubio, nihil in hac scientia ad effectum deducetur. Omni quoque conatu procuraui enigmatice ea exponere, ne ullo tempore ad libitum insipientium perueniret.

Tu autem fili mi Roboam, artem quodcunque operari volueris, aduerte diem & horam, tempus & tempora, sicut hic perfecte ordinata conspicis & eris [26] compos mentis in operatione. Etenim fallax erit omne experimentum sine ordine vel adiutorio huius libri, in quo continentur omnia secreta huius artis que fieri quoquo modo (?) possunt. Iccirca huic opusculo meo nomenclaturam Clauicula Salomonis indidi. Et tibi fili mi Roboam precipio per benedictionem quam a me Patri tuo expectas, ut post obitum meum in capsam eburneam condas hanc Clauiculam meam & una mecum in tumulo claudas, ne ad manus & precipue insipientium perueniat. Quod post obitum patris fideli studio compleuit. Cum vero per aliqua tempora sepulchrum Salomonis clausum extitisset.

Venerunt e Babilonia quidam antiqui dierum philosophi, qui & quondam sapientiam Salomonis audierunt & discipuli eius fuerunt. Qui unanimes consilium inierunt, diffinientes ut sepulchrum tanti viri renouaretur & sumptuosius quam prius erat construeretur, & ut sicut ipse in vita uniuerso mundo propter incomparabilem eius sapientiam erat miraculum, ita quoque sepulchrum eius perceteris mortalibus nominaretur. Tumulo autem patefacto, apparuit prelibata capsa eburnea clausa & continens dictam Clauiculam Salomonis, quam cum prefati philosophi legerent & minime intelligerent, propter inusitatam verbotum caliginem & insuetam subtilitatem artis, quare quoque indigni conspiciebantur.

Tunc precipuus illorum philosophorum, nomine Toz grecus valde contristatus clam in cubiculo se recepit, & gemitibus, suspirijs ac lachry-incessabilibus Deus omnipotentem exorabat, & inter alia inferebat dicens. Quid miserrimus ego promerui & quod piaculum, ut ego patris mei Salomonis verba & scientiam attingere nequeam, quia quondam omnia sua secreta mihi pandebat, nec quicunque mihi celatum iri patiebatur. Et sic inter querelas, se prostrauit genibus flexis, extensis manibus in celum, in summa humilitate exorabat deuotissime Deum omnipotentem, dicens.

O Creator omnium creaturarum, Pater Deus, qui cuncta nosti & omnipotentatui tuo nihil est abditum, qui Salomoni filio Dauid regi incomparabilem omnium rerum tribuisti scientiam & sapientiam. Deprecor immensam tuam clementiam Pater sancte & omnipotens, tribue queso mihi indigno peccatori de tua immensa clementia noticiam huius Clauicule, & per sanctum angelum tuum reuela mihi archana eius. Cumque plurimum anxie orasset, apparuit ei angelus Domini. dicens. Toz grece ne mireris, si abdita tibi sunt Salomonis archana, quia Deo placuit ne in manus insipientium perueniret, & [27] ideo expedit, ut tu quoque votum facias, ne aliquando ad tuam notitiam

relata, alicui insipienti reueles unquam, nisi sit sapientia preditus, caste & sancte viuens & sciat secrete/secretorum secreta operari. Sin autem secus feceris, nullum effectum in tuo conatu consequeris. Tunc Toz grecus voto se constrinxit, omnia sic facturum. Demum angelus domine vale dicens eum, & ait. Vade in pace, & sicut petisti fiat tibi, lege & inteliges, & his dictis euanuit angelus domini ab oculis eius. Tos autem grecus immensa leticia repletus, arripuit Clauiculam & vidit eam in omnibus commutatam, & obstupescens, legit & perfecte intellexit.

Incipiunt Capitula primi Libri.

- Capitulum primum tractat de horis & earum partibus, necessarijs in omni experimento magice artis. folio 28.
- Capitulum secundum de singulis artibus & operibus magicis & necromanticis, & qualiter spiritus alloquendi sint, &cetera. folio 29.
- Capitulum tertium, quomodo & qualiter fiunt pentacula, in quibus pendet tota substantia huius clauicule. Folio 63.
- Capitulum [+quartum] qualiter operantur experimenta ad recuperandum furta seu ablata. Folio 66.
- Capitulum quintum, cuiusmodi exerceantur experimenta inuisibilitatis, Folio 67.
- Capitulum sextum, quomodo operantur experimenta amorum, ad conquirendum somniando, tangendo, comedendo vel bibendo. Folio 68.
- Capitulum septimum de genere experimentorum ad impetrandum gratiam vel beniuolentiam alicuius. Folio 72.
- Capitulum octauum qualiter operantur experimenta odij & inimicitiarum, folio 73.
- Capitulum nonum, qualiter conficiantur experimenta ludibriarum, folio 75.
- Capitulum decimum quomodo fiunt experimenta extra ordinaria & quis modus in eis exercendus sit, ne incassum eat opus, folio 75.

Capitulum itaque primum huius Clauicule tractat de horis & earundem partibus necessarijs in omni experimento artis Magice, seu si mauis necromantie.

[28]

Clauicule nostre initium & fundamentum est, timere & honorare Deum in veritate spiritus, cum cordis contritione & summa deuotione adorare eum, & ante omnia opera que attentare voluerimus, prius cum summa humilitate inuocare eum, & sic fidendum est, ipsum ductorem & cooperatorem adesse. Quum ergo volueris adminiculo huius Clauicule quicunque operari, primo preparabis omnia ad diem & horam, sicut in sequentibus patebit.

¶ Hore siquidem naturalis diei sunt 24 & in quamlibet hora dominatur unus de septem planetis secundum successum eorum.

¶ Successus autem planetarum est, incipiendo a summo qui Saturnus est, cui succedit Iupiter. & tertius huic Mars, Deinde quartus Sol, sub quo mox Venus incumbit quinta, & Sextus Mercurius, ultima autem subest Luna. Exempli autem causa de die Sabbati, Prima hora in ortu solis denominatur. ♄, 2ª ♃, 3ª ♂, 4ª ☉, 5ª ♀, 6ª ☿, 7ª ☽, completo successu eorum, necessum est ut hora 8ª reiteretur ♄, 9ª ♃, 10ª ♂, 11ª ☉, 12ª ♀. Cum autem in quocunque tempore hore temporales siue planetarie in die 12 tamen comperiantur & nocte totidem, iure die sabbati post ♀ hora 12 in occasum solis succedit hora 1ª noctis ☿, 2ª ☽ 3ª regreditur ♄, 4ª ♃, 5ª ♂, 6ª ☉, 7ª ♀, 8ª ☿, 9ª ☽, 10ª ♄, 11ª ♃, 12ª ♂. Quia sabbato succedit dies dominicus, iure in suo successu. ☉ habebit primam illius diei horam, quilibet autem a planeta qui primam horam possidet diei, dies idem ab eo accipit denominationem, preter dies sabbati qui est ♄ dedicatus, & dies dominicus ☉, quod a vulgo ita fit, mathematici autem & astrologi secus, quia diem Sabbati saturni diem vocant, & diem dominicum, diem solis.

¶ His autem cognitis, expedit ut in omnibus operibus tuis seu experimentis coordines dies & horas sicut monitum est, una cum Lunationibus sicut infra docetur.

¶ Hore siquidem ♄, ♂, ☿, & ☽ optime sunt ad concinnandum artes magicas seu necromanticas, & ad loquendum cum spiritibus, & cum eisdem inuenire furta. Verumtamen non te lateat quia melius ad effectum duces rem, si cum die horam propriam eiusdem planete copulaueris, quod de nocte etiam obseruandum est, tam in preparatione rerum ad hoc necessarium quam ad eadem operationem.

¶ Hore autem ☉, ♃, & ♀ cum eorum diebus, electissime sunt [29] ad experiendum & faciendum experimenta amoris, gratias, beniuolentias impetrare & opera inuisibilitatis exercere, sicut in suis locis continetur.

Hora & die ♄ & ♂ est conueniens & optimum, componere & facere que ad rixam, contentiones, odia, & inimicicias spectant.

Et in hora & die ☿ conducit operari omnia experimenta ludibriarum, que vulgo impossibilia cernuntur.

Hora & die ☉, ♃, & ♀ optimum est experire & facere experimenta extra ordinaria imperfecta.

Item siquid volueris facere in arte magica vel causarei ablate, vel furate, sit ☽ in signo terreo vel aereo.

Si pro amore, gratia, beneuolentia mercede vel inuisibilitate, sit ☽ in signo igneo.

Si pro odio sit in signo aquatico.

Et si pro experimentis extraordinarias, sit ☽ in signis aereis vel terreis.

Quod si predicte obseruationes tediose tibi videntur, fac sic. Considera lunam a prima incensione usque ad 15 fere diem, & in uno dierum predictorum, aspice quando cum ☉ sit ☽ in eodem signo, idest par, Tunc enim poteris, scribere & facere & preparare quicquid malueris. Simul & coniurare spiritus, obseruando tamen quicunque predicta & infra dicentur.

Capitulum secundum de preparatione artis Magice siue Necromantie, & preparatione ad loquendum cum spiritibus.[81]

Si volueris facere aut preparare aliquam artem magicam siue necromanticam, vel ad loquendum cum spiritibus vel alia, habeas in primus artem siue experimentum plene preparatum cum diebus, horis & lunationibus & alijs necessarijs, ita ut omnino nihil tibi desit, alioquin in sequenti simul & in omnibus deciperis.

Si vero in arte tua vel experimento dies Mercurij non fuerit, existente Luna in signo terreo vel aereo pari numero cum sole, & inuentus fueris in loco deserto vel alicubi ubi nulli conspicuus sis, vel impedimento aliquo expositus, Poteris tunc experimentum tuum de die operari. Quod si de nocte illud volueris operari. Expedit ut in initio tui operis mercurius sit dominus illius hore, Quum vero dies & hora planete concordauerint, secure poteris in opere tuo progredi cum sequentibus documentis.

[30]

¶ Sciendum est quod nulla ars vel experimentum de spiritibus fiere potuit (?) sine Circulo, preparatisque omnibus praedictis & sequentibus annotatis. Et circulo facto iuxta experimenti qualitatem seu conuenientiam, habeas Artauum siue cultellus factum & preparatum sicut infra in capitulo de artauo & cultello docetur. Et cum tali gladio seu artauo ultra circulum qui continetur in arte quam intendis facere, facias alium circulum, per unum pedem, & circumcirca circulum exteriorem fac conchas extra: & intra istos duos circulos in spacio utriusque facias Pentacula quatuor cum nominibus Creatoris, sicut & in sequentibus docetur. Et ultra circulos istos, fac quadratum cum predicto cultello per unum pedem. Et iterum ultra illum fac alium quadratum per duos pedes, ita ut unus angulus respiciat orientem, alius in septentrionem, tertius occidentem & quartus meridiem, sicut infra de Circulo artis conspicitur. Si vero de circulo opera ad (?) casu aliquid delesti, cum dicto cultello reparabis delecta.

Deinde habeas scripta pentacula siue candarias infra scriptas & sic omnia composita intrabis, prout infra continetur de compositione pentaculorum scriptas in pergameno virgineo, sicut habetur infra de carta virginea, quas scribas cum penna & atramento, sicut infra docetur. Deinde accipe filum retortum & filatum a virgine, suasque cum acu super vestes & indumenta tua & sociorum tuorum, sicut infra continet in capitulo de balneis. Sis & ieiunus sicut habetur in capitulo de ieiunijs, omnia ista ita procedant priusquam circulum introeas una cum sodalibus. Cum vero in circulo fueris, pone super caput tuum coronam de carta virginea compactam, & in ea sint scripta hec quatuor nomina, **Agla, Aglay, Aglata, Aglaoty** vel **Aglaoth**, per circuitum corone, ita ut ante & retro & a lateribus. Socij autem tui sicut infra doceberis. Post hec magister inchoet Coniurationes que in arte quam facere vult continetur. Et si Spiritus non acceserint per primam coniurationem illius artis, Erigat se magister & accipiat gladium cum quo circulum fecisti & verbera cum eo aerem in modum crucis. Deinde ponat manum dexteram cum dicto cultello super Candarias seu Pentacula, quas super pectus tuum resutas contines, & cum humilitate deuote dic, sequentem orationem cum subannexo exorcismo.

¶ Sequens autem Pentaculum cum suis Candariis, maximam continet virtutem, si conuocaueris [31] spiritus per virtutem eius, obtemperabunt enim per virtutem illius, & cum fuerint coram te, ostende eis pentacula predicta, & nullus audebit preterire voluntate tuam, absque aliquo sacrificio. Valent enim ista pentacula contra omnia pericula terre & aquarum, & contra omnes languores & necessitates, sicut infra in capitulo de confectione pentaculorum dicetur.

¶ Forma autem cultellorum qualis esse debeat infra in secundo libro explicabitur, folio [+95[82]].

Nunc sequitur prima coniuratio.[83]

On Pater, **On** filius, **On** Spiritussanctus. Christus vincit. Christus regnat. Christus imperat. Consolator. Adiutor, Dominator, Triumphator. Vita. Mors. Salus. Misericordia. Pietas. Honestas. Benignitas. Saluator. Timor. Ignis. Radius. Tonitruum. Lampas. Fulgur. Tempestas. Aqua. Nix. Glacies. Serenum. Autumnus. Aestas. Ver. Hyems. Totius mundi plasmator & dissipator. Omnia potens. Immensum, Auxilium. Iuuamen. Per te sanctissime pater omnipotens, & per tua sanctissima archana nemini reuelanda, compleam vota mea. ✠ Pagan. Onerilon. On Erulon. Detebestaia. Ocomomon. Naynon. Deloton. Colombonon. ✠. N.  ✠ La. 2.3. c. u. o. s. a. s. to 2. o. c. n. ✠. Splendor. Lux. Adonay. Gemeon. Eloe. vel lulec. Elloy. Ely. Anely. Adonay. Lamech. Saday. Hele. Alpha & ω. Principium & finis. Qui est. Qui fuit. & qui venturus est, Eysastie. Menestitron. Grami. Toyr. Yriron. Laudabilis. Guzuta. Balte. Melchion. Gaspar. Baldesar. Sydrach. Misach. Abdenago [*Abednago]. Abraam. Ysaach. Iacob. Ion. Iliomen. Per potissimum & corroboratum nomen Dei, El forte & admirabile, bonum & magnum & terribile Adonay. Aloe. Aloyn. Sabaoth. He. va. te. ya. ya. ya. Ego sum, qui sum. Saday. v. v. v. v. Ia. Ia. Ia. Anach. Geramg. Ocasmanum. Negorum. Ienas. Protham. Dechas. Tena. Oeupet. Scatheth. Ael. Ay. Atimiel. Distumisiel. Geli. ia. ya. Beath. Oyadra. Ragay. Achethly. Mel. va. va. va. Egge. yoth. oth. Ouay. & Ogyn. Y. &. v. &. x. Ioth. Olye. Aste. Anache. Nicton. Anapheneton. Sabaoth. Arestion. Elayn. Alfetice. Yephaton. Aburios. Elon. Adonay. Phaten. Arimon. Yeramon. Ieyeron. Isisen. Anabona. Ezion. Pyracheon. Iach. Panthacraton. Sinagion. [32] Eloy. Athanatos. Alpha, &. ω. Emanuel. On. Pater. Stimullamaton. Alleluya. Tobalguti. Eua, Anassala. Nicinus. Elierbiter. Athanatos. Agath. Gutar. Ioch. Adonay. Agla. Ied. Ydeon. Iocem. Nau. Sabria. Panchiron. Dederani. Euillani. Caroch. Ziri. Paneta. Per potentissimum nomen Dei, Pumeramathon. I. et vgla. Golday. Tetragrammaton. Anabona. Panther. Tarimon. Anathanathos. Stimulamaton. Arbitial. Aluaze. Nethon. Arfemeym. Segeon. Enoych. Peon. vel. Enoym. Cheon.

Phaton. Manus. Magnus. Deuolabranulas. Hetiliem. Huius norocanto, vel uerocamo. Fiatro. Furaum. Lameth. Bratia. Astia. Esta. Ancha. vel Bancha. Egyto. Abrasio. Achadal. Adenas. Abiane. Manuchatam. Astromoma. Astfa. Amais. Diuthas. Lichas. Chision. Thoretheon. Ebrechemo. Emael. Emanuel. Brasaraton. Eysi. Estrion. Immutabilis. Deus. Abraam. Abrim. Ybrion. Abriey. Pater omnium creaturarum, me ab omni malo defende. Et sis mecum semper hic & ubique. Amen.

¶ Et priusquam orationem dicas, suffumiga te & socios tuos & locum siue circulum, suffumigationibus de quibus legitur infra in capitulo de suffumigationibus, & asperge te & socios tuos, & locum ysopo & aqua tali sicut habetur infra in capitulo de aqua & ysopo. Deinde se erigat exorcizator in loco & confortet socios. Postea prosequetur orationem vel exorcismum. Et scias quod cum dixeris orationes. Demones pre timore & per virtutem pentaculorum statim venient ad obedientiam tuam & nullus tibi resistere valebit. Verumtamen pentacula, non solumodo prohabitam continent virtutem, sed & alias innumerabiles, sicut infra habetur.

Secunda Oratio cum Exorcismo.[84]

Domine Iesu Christe Fili Dei viui, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum. Illumina cecitatem cordis mei, & accende in me ignem amoris tui, & presta mihi fidem rectam, spem firmam & charitatem perfectam, & tu qui in virtute tua non crederis esse consumatus in eadem mihi presta te intelligere, timere, & amare in summa obedientia in obseruatione quoque mandatorum tuorum intensissimum. Et cum extrema dies, finisque vite mee venerit, angelus tuus bonus in pace me suscipiat, & de potestate diaboli me eripiat, & inter sanctos & electos tuos collocet. Fiducialiter enim ista in fide tua peto. Tu enim dixisti, Petite & accipietis. Pulsate & aperietur vobis, Omnis enim qui petit accipit, & qui querit inuenit. Nuncquid (dixisti) si petieritis patrem vestrum panem, dabit lapidem. Nuncquid, si petieritis piscem, dabit serpentem. Aut si perieritis ouum, nunquid. [33] porriget illi scorpionem. Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus. se. Confirmasti & verba tua (inquiens) Cęlum & Terra transibunt, verba autem mea non preteribunt. Fiat ergo, o benigne Iesu mihi secundum verbum tuum,[85] & condescende mihi indigno peccatori. Qui viuis & regnas cum Deo Patri in unitate Spiritussancti, &cetera.

Sequitur alia Oratio.[86]

Omnipotens sempiterne Deus Pater omnium creaturarum, descendat super me pietas tua, per te enim suum creatus, & in sanguine & morte dilectissimi filij tui redemitus. Deprecor igitur immensam clementiam tuam ut per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, cum eodem me defendas ab omnibus aduersarijs meis visibilibus & inuisibilibus, & in pietate tua in omni opere bono confirma me, & sub umbra alarum tuarum protege me. Domine Iesu Christe, fili Dei viui, qui vicisti, Leo de tribu Iuda gloriosissime tua morte, mortem, & omnes inimicos tuos, cum lucifero & omnibus tartareis complicibus eius calcasti sub pedibus tuis, victor & triumphator incomparabilis, posuisti & eos scabellum pedum tuorum, per infinita secula seculorum. Tibi domine commendo corpus & animam meam, nec in alium spem habeo, cum tu solus sis firma spes omnium finium terre, in mari & in omnibus abissis. Exaudi me, adiuua me & assisti mihi, ut per te triumphatorem inuictissimum, victor euadam in nomine tuo hodie & semper. Tuo enim dono gratissimo scio, quod sine te in celo sursum, nec in terra deorsum quicunque fieri potuit, nec in cordibus fidelium quicunque secus presumitur. Fide enim hac fretus, te iubente, similia humili corde & quamque postulo, te inuitante, te annuente & dicente. Petite & accipietis. Omnis enim qui petit accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur, Et si (iuxta verbum tuum) Celum & terra transibunt, & verba tua non preteribunt, quis diffidere poteritur absit hoc in eternum. Tu renum & cordium scrutator, fac mecum secundum multitudinem miserationum tuarum, sicut vis & scis. Tunc enim culmen beatitudinis penetrabo, si de me, fit secundum te. Qui solus fons & origo totius bonitatis, clementie & benignitatis, miserationum & pietatis, charitatis & largitatis, in virtute nusquam consumatus, perseueransque in his incomparabiliter incommutabilis, Per infinita secula seculorum, Viuens ac regnans cum Deo Patre & Spiritussancto, per immortalia seculorum secula. Amen.

Alia Oratio.[87]

Pie & exaudibilis Domine Iesu christe, immensam clementiam obsecramus, ut per merita ac intercessiones beatissime ac gloriosissime virginis

Marie matris tue, omniumque seculorum angelorum, archangelorum. Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Sanctarumque virginum, Viduarum atque continentium, atque per merita [34] totius Coelestis curie, Ecclesie triumphantis atque militantis. Fidem in nobis auge & rectoribus nostris. Indulgentiam & remissionem omnium peccatorum nostrorum concede, Presentia emenda, & futura moderare. Infirmis salutem tribue, Lapsis restaurationem. Sanis commoditatem in omni bono. Nauigantibus atque iter agentibus fidelibus iter prosperum atque salutis portum. Tribulatis gaudium. Oppressis releuamen. Captiuis, libertatem. Peregrinis optatum finem & cum salute ad propria limina reditum. Sanctum angelum tuum hic & ubique nobis semper assistentem, & protectorem concede. Charitatemque mutuam indesinenter tribue. Infidelibus fidem perfectam concede. Omnes hereticos ad fidem rectam & communionem sancte matris Ecclesie reducere digneris. Et pacem nostris concede temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Et omnibus fidelibus defunctis requiem eternam concede. Qui cum patre, &c.

Qua dicta, denuo se prosternat, eleuatisque manibus in coelum dicat corde contrito Confessionem subsequentem.[88]

Confiteor tibi Deo omnipotenti Patri Creatori celi & terre, & tibi bone & benigni Iesu Christo filio eius unico, tibi quoque Sanctospiritum paracleto ab utroque procedenti, trino & uno deo, coram sanctis angelis tuis atque omnibus sanctis tuis, ac coram maiestate tua tremenda, & coram ymagine crucifixi totius maiestatis Dei & domini nostri Iesu christi, quia in peccatis sum conceptus, natus & educatus, & ab hora baptismatis usque in presentem diem & horam pessime conuersatus. Confiteor me etiam excessiue in superbia deliquisse corporaliter & spiritualiter, in vana quoque gloria super modum, in extollentia oculorum, in incessu & regressu, in victu & amictu, & in omnibus operibus meis apertis & clandestinis. In inuidia, odia & ira. In quaricia per bona mobilia & immobilia atque spiritualia. Per ventris ingluuiam, in conuiuijs, palam atque priuatim, In continuis comessationibus & potationibus usque ad temulentiam. In prauis moribus, & pessimis allocutionibus & quandoque

deterioribus cogitationibus. Verbis ociosis & fabulosis, In conuersatione mulierum, virginum, nuptarum, viduarum atque continentium. In earum amplexus & oscula ultro me inijciens, & vi insuper eas quandoque opprimens, donisque eas obcecans & sic earum fragilitatem decipiens ut libidine mee condescenderent, contrectans indebite earum pudebunda, alliciendo eas ad luxuria. Contrectaui & verenda mea ad huiusmodi abominanda acta ultro me incitando, ita ut non relinquerem modum nepharium intactum, quin mihi in omnibus complacui, repungnate conscientia mea valde, [35] alijsque extiti, occasio, causa, & concausa ad similia patranda. Fui quoque sacrilegus, facto & consensu. Periurus in magna pertinatia. Fur etiam extiti & in rapinis me reperi. In percussionibus continuis & homicidijs, Falsiloquus, & deceptor callidus. Prodigus in malis, parcissimus ad largiendum penuriam patientibus, Tepidus in fide & spe, in charitate ficta. In exhortando tardus & sine charitate, adulator continuus. Callidus & astutus ad omnia mala patranda, frigidus & tepidus ad bona faciendo. Ignorantia & negligentia plenus ad omnia bona agendo. Susurrator & inhospitalis & irrisor egenorum. Despector propinquorum & proximorum, Oppressor pauperum & afflictorum, Dessolatos & tribulatos non comfortaui nec consolaui, nec infirmos visitaui. In carceribus detentos despexi, nec pauperes defunctos inhumaui. Nudos de mea superfluitate non texi, nec esurientibus & sitientibus refectionem prebui. Diem dominicum, & reliquos dies festiuos violaui, Sanctorum reliquas & memorias non honoraui. Incestuose & luxuriose viuendo. Maioribus & preceptoribus meis non obediui. Pessime eis & alijs clam & aperte detrahendo, & ad iracundiam omnes irrationabiliter prouocando. Benefactoribus meis verbis nec factis mutua bona non exhibui, sed ingratissimus omnibus fui. Fidem quoque proximis non seruaui, denundans secreta & defraudans bona & promissa. In templo domini non orando, sed deambulando & indebita cogitando & tractando, Vasa sacra sine reuerentia & pollutis manibus tractando. Officium diuinum ac assuetas deuotiones labijs tamen sine deuotione & auerso corde ruminando. Sermones sine affectione audiendo. Peccaui etiam supermodum in pessimis imaginationibus & cogitationibus nequissimis, in suspicionibus falsis, cum attestationibus & iuramentis incerta tanquam vera

affirmans, immo & scienter falsa vera affirmans. In iudicando fui temerarius & iniustus. In correctione crudelis & inhumanus. In concupiscentia fœminei sexus inordinatus & bestialis, quam verbis tam factis. Semper contumeliosus, rixosus & similia inter proximos disseminans. Violentus, & maledicus, murmurator & cunctos despiciens, impacificus. Preceptorum Dei violator, & omnes temerario ausu diiudicans, Indisciplinatus, & Dei ac maiorum disciplinam odiens. Demum me fateor peccasse & deliquisse in omnibus peccatis in quibus potest humana fragilitas peccare contra Deum suum, scienter vel ignoranter, cogitatione locutione / operatione, concupiscendo vel delectando vel quocunque eloquibili vel ineloquibili modo, reddoque me in omnibus Deo meo in veritate culpabilem, mea culpa, maxima culpa mea. Ideoque [36] precor vos omnes sanctos angelos Dei & omnia agmina sanctorum & electorum eius, ut orare & intercedere dignemini pro me apud Deum omnipotentem, ut ignoscat mihi in digno & maximo peccatori propter magnam misericordiam suam. Deprecor etiam vos omnes sanctos & electos Dei ut hodie, & in hora mortis mee, atque in die extremi iudicij existetis testes confessionis mee huius, ne humani generis inimicus diabolus, tanquam de inconfesso & incontrito, uti victor de me gaudeat & suis complicibus coadunet & in baratrum deducat, sed angelus domini bonus collocet me inter sanctos & electos Dei, ubi sicut solet, de me conuerso & confesso peccatori fiat gaudium angelorum & omnium electorum Dei. Obsecro etiam nunc vos omnes sanctos angelos & electos Dei, & intercedere dignemini pro me, ut benignitas omnipotentis & totius maiestatis Dei, concedat mihi in sacratissimo & victoriosissimo nomine eius, constringere, compellere atque ineuitabiliter coarctare in meam obedientiam quoscunque hodie voluero spiritus. & ab eis extorqueri quecunque voluero. Qui viuit & regnat Deus, Per omnia, &cetera.

¶ **Quibus ita peroratis, sequentes etiam subiungat orationes.**

Domine Deus deorum, preter quem nunquam fuit, est, nec alius deus erit. Omnipotens, cui neque in celo sursum nec in terra deorsum coequetur potestas. Incomparabilium miserationum sume Pater, Qui tibi consubstantialem, coequalem, coeternumque ante omnia secula, in ineffabili sapientia tua filium genuisti, cum quo, & cum Sanctospiritum, a te & eodem filio tuo

procedenti Cœlum & terram, mare & omnia que in eis & eorum ambitu continentur, visibilia & inuisibilia in verbo oris tui creasti. Te adoro, laudo, glorifico, magnifico, benedico & superexalto, ex toto corde meo, ex tota anima mea, ex tota virtute & fortitudine mea. Esto queso propicius mihi indigno peccatori, & ne despicias me opus manuum tuarum. Salua & adiuua me propter nomen sanctum tuum, Tibi enim O pater sancte soli / omnia possibilia sunt, quia & animalia ora ad loquendum aperis, mutorumque linguas soluis, cecorum oculos aperis, & surdorum aures peruias reddis, & claudis gressum tribuis. Qui & solus vite & mortis clauem possides, Auffer queso a me ignorantie tenebras, & illumina intellectum meum, sanctispiritus obumbratione, ut in eodem spiritum, cui omnia possibilia & peruia sunt, valeam semper intelligere que accepta sunt coram oculis sacratissime maiestatis tue, & ea opere compleri. Auffer a me libidinis petulantiam, gastrimargiam, iram, accidiam, inuidiam, auariciam, & cui semper resistis exosam superbiam, vanam gloriam & stultiloquia. Conserua me in gratia & amore tuo iugiter. Da mihi sanum intellectum, & cor docile, acumen intelligendi & retinendi tenacitatem, omniumque scientiarum abdita pande, in eisque mihi adimplere concede desiderata iuxta beneplacitum tuum, ad laudem, gloriam & superexaltationem semper sacratissimi nominis tui, & [37] ad consequendum post hanc vitam, quam promisisti diligentibus te, in vita eterna. Qui cum eodem filio tuo in unitate Spiritussancti viuis & regnas Deus, &cetera.

Domine sancte Pater omnipotens & misericors Deus, qui verbo tuo ex nihilo cuncta plasmati. Tu omnia nouisti antequam fierent & presentia scis, & futura tanquam presentia penetras, nec quicunque tibi absconditum esse potuit. Nouit & cuncta penetrans maiestas tua incommutabilis, quod non causa tentandi virtutem tuam inuictam (qui in virtute tua non crederis esse consumatus) aggredimur hoc conamen, sed desiderio, abdita rimari dumtaxat, nec causa superbie / vel coequandi diuinitati tue per abdita mysteria noscendo, sed & solummodo, ut per hec & virtutem & magnitudinem tuam gradatim agnoscendo plenus agnoscamus, commoda insuper proficua inde etiam corporalia nanciscamur, in magnitudine tua ineloquibili, qui semper das & superabundas / tanquam ignis indeficiens. Te auctorem &

uniuersalem omnium conseruatorem cunctipotentem deprecamur Deum, ut assueta clementia tua exaudias me indignum peccatorem per ineffabile, venerandum etiam & tremendum nomen tuum **Ysach**, per quod tremit omne seculum, cuius pauore etiam omnes creature tibi obediunt, ut tribuere nobis digneris secreta omnium sapientium, & secretorum abdita, qua per inertiam, neglegentiam & irreuerentiam prestinorum nostrorum antecessorum sunt deprauata ac perdita & quasi vilissima reputata atque tanquam peripsema in nihilum redacta, partimque furata & abscondita, & quesupersunt ita enigmatibus inuoluta & verbis falsis, ac caracteribus inordinatis ac inuersis permutata, ut pené nulla veritas & effectus in eis reperiatur. Hec o tremende & adorande sancte sanctorum per temetipsum & nomen tuum tremendum **Adonay** nobis prestare digneris, Cuius regnum, imperium, potestas ac terror excedit omnem potestatem ac maiestatem, Per infinita secula seculorum. Amen.

Finita autem oratione Exorcizator surgat & manus in modum Crucis super Pentacula ponat, unus vero sociorum semper librum ante magistrum teneat, in quo sint descripta orationes, coniurationes ac exorcizmata. Magister autem respiciat aërem quasi cum visu formans in eundem crucem, & de libro recitet deuote hanc orationem.

Domine Deus meus, viuus & verus, semper timendus et amandus, a quo tremunt virtutes & potestates, & fundamenta & cardines orbis terrarum, insuper Celi Celorum. Esto mihi o maiestas tremenda hodie & semper turris fortitudinis a facie omnium inimicorum & spirituum malignorum omnium, ne quicunque molestum, terriculosum, funestum, aut alicuius periculi fomitem mihi & consodalibus meis inferre valeant. Per temetipsum & dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum in unitate Spiritusancti [38] viuit & regnat Deus, per incommutabilia seculorum secula. Amen.

Nunc se vertat, primo versus orientem, Secundo ad meridiem, Tertio ad occasum, Quarto ad Septentrionem, & ad quamlibet dictarum quatuor mundi plagarum dicat sequentia verba. Videlicet.

Ecce & attendite signa & nomina triumphatoris, que omni tempore & momento iure expauescitis, timetis & obedire sine mora constringimini. Ideoque &

mihi de parte omnipotentis Dei per virtutem earum obedire tenemini.

His dictis statim incipias conuocare & coniurare spiritus, iuxta intentionem tuam & artis exigentiam, Et his peractis, videbis eos circumquaque aduentare. Et si in aliqua mundi regione fortassis detenti essent vel alias impediti, vel venire contemnerent. Tunc ipsos ut sequitur incipias exorcizare et coniurare, tunc proculdubio, etiam si cathenis ferreis essent ligati venient, aut certe nuncios suos mittunt in obedientiam tuam.

Sequitur secunda coniuratio & efficicior priori.

Coniuro vos Spiritus (specificando eos nominatim quos conuocare volueris. Socios quoque prius confortabis & animabis ne paueant ab aspectu eorum. Deinde dicas) Coniuro vos Spiritus N. Per Deum omnipotentem, Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum. Et per illum qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. Per eius sacratissimam conceptionem eius, & natiuitatem. Per sanctissimam suam circumcisionem, Per baptismum eius, Per austerrimam vitam eius, in fame, siti, estu, frigore, calore, ieiunio, vigilia, pernoctatione ventis, imbribus, pluuijs, pruina, niuibus, laboribus, ceterisque infirmitatibus nostris Deo incongruis perfatigatus. Per intensissimas & prolixas orationes eius, quibus Deum omnipotentem noctibus & diebus cum lachrymis orobat pro se & omnibus. Per ultimam Cenam eius, in qua instituit nouum testamentum in corpore & sanguine suo, in remissionem peccatorum. Per captiuitatem suam. Per acerbissima flagella que sustinuit. Per omnem passionem eius, Per amarissimum & despectissimum mortem eius in cruce. Per incomparabilem leticiam anime eius diuine / quam suscepit, quando se vidit a corpore mortali separatam & impleuisse charitatem patris in redemptione humani generis per passionem & amaram mortem crucis. Per victoriosissimum eius ad infernos. Per gloriosissimam resurrectionem eius. Et per ascensionem eius propria virtute super omnes cęlos. Per virtutem & descensionem Spiritussancti paracleti super sanctos Apostolos & discipulos eius. Per aduentum eius in extremo & tremebundo [39] iudicio, in quo iudicaturus est viuos & mortuos & seculum per ignem. Coniuro etiam vos prenominatos spiritus Per predestinationem & electionem

ante mundi constitutionem gloriosissime & perpetue virginis Marie, in matrem, filiam, amicam, ancillam & solatium, eterni patris filij domini nostri Iesu Christi. Coniuro & vos per natiuitatem eius, & per omnes dolores & in consolabiles lachrymas quibus in amaritudine anime sue deffleuit unicum filium suum dominum nostrum Iesum Christum, Et per sacratissimam perpetuam virginitatem eius. Coniuro & vos per gloriosam eius assumptionem ad celos. Coniuro vos per sanctitatem sancti Ioannis baptiste, & per omnes patriarchas & prophetas. Coniuro vos per omnes sanctos apostolos. Petrum, Paulum, Andream, Iacobum, Ioannem, Thomam, Iacobum, Philippum, Bartholomeum, Matheum, Simonem, Thadeum, Mathiam & Barnabam. Per omnes sanctos martyres & confessores. Per omne sanctas virgines, viduas, Coniugatos & continetes. Coniuro vos per nouem choros angelorum. Per Seraphim, Cherubim, Thronos. Per Dominationes, Virtutes, Potestates, Per Principatus, Archangelos & Angelos. Et per quatuor animalia plena oculis ante & retro, qui die & nocte requiem non habent, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est. Et per viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, adorantes viuentem in secula seculorum, & mitentes coronas suas ante thronum dicentes. Dignus es domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt. Et per centum quadraginta quatuor millia signatorum ex omni tribu filiorum Israel. Et per turbam magnam quam dinumerare nemo potest, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis & palme in manibus eorum, clamantes voce magna dicentes. Salus Deo nostro qui sedet super thronum, & agno. Coniuro vos per agnum stantem super montem syon, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis, & cantant canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia & seniores, & nemo potest discere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia qui empti sunt de terra, & cum mulieribus non coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunque ierit, Empti enim sunt ex hominibus primitie Deo & agno, & in ore eorum non est inuentum mendacium, sine macula enim sunt ante thronum Dei. Per omnia etiam mysteria secreta &

manifesta Ecclesie triumphantis & militantis vos coniuro. Et per omnes sanctos & electos Dei in celo & in terra, per [40] merita quoque & preces eorum deprecamur diuinam maiestatem ut nos faueat & in adiutorium nostrum festinet ad cohercendum vestram insolentem pertinatiam. Demum iterum ac rursum vos. N. coniuro per dominum nostrum Iesum Christum Marie virgini per Gabrielem archangelum annunciatum & de Spiritussancto in ea conceptum, & nouem mensibus discursis, verus Deus & verus Homo natus, Octauo die circumcisus, Trigesimo etatis sue a Ioanne in Iordanis alueo baptizatus, A diabolo tentatus, Trigintatribus annis transactis, sub preside Pilato passus. Cruci affixus, in eadem pendens mortuus, Descendit ad infernos. Tertio die resurrexit a mortuis. Ascendit propria virtute ad cęlos, & post decem dies, Spiritumsanctum paracletum promissum patris discipulis misit. Et tandem est venturus iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem.

Tertia Coniura excedens secundam in vigore.

Coniuro vos Spiritus & demones per omnes Choros angelorum. Per Seraphim, Cherubim, Thronos, qui in suprema hierarchia sunt, purgantes, illuminantes & proficientes. Per Dominationes, Virtutes, & Potestates, qui sunt purgati & purgant, Illuminati & illuminanti, Perfecti, & perficientes, in media coelesti hyerarchia. Et per Principatus, Archangelos & Angelos, Purgatos, Illuminatos & perfectos, in infima Cœlesti hyerarchia. Coniuro vos N. per omnes Patriarchas & Prophetas. Per omnes Apostolos & Euangelistas, Martyres & Confessores, Per omnes sanctas Virgines, Viduas Coniugatos & continentes utriusque sexus. Coniuro vos Per sanctam Ciuitatem Hierusalem Coelestem & Terrestrem. Et per Cœlum & Terram & per omnia que in eis & in eorum ambitum visibilia & inuisibilia existunt, & per omnis virtutes eorum. Et per quatuor elementa mundi. Coniuro vos per filium hominis sedentem in medio septem candelabrorum aureorum vestitum podere & precinctum ad mamillas zona aurea, & capilli capitis eius candidi tanquam lana alba, & tanquam nix, & oculi eius tanquam flamma ignis, & pedes eius similes Aurichalco velut in camino ardenti, & vox illius tanquam vox aquarum multarum, & in dextera eius septem stellas, & de ore eius exit gladius ex utraque parte acutus, & facies eius sicut sol lucet in virtute

sua. Coniuro vos per eum qui est primus & nouissimus & viuus, qui fuit mortus & ecce viuit in secula seculorum, & habet claues mortis & inferni. Coniuro vos per septem candelabra aurea, qui sunt septem Ecclesie, scilicet, Ephesi, Smyrnę, Pergami, Thyatyre, Sardis, Philadelphię, & Laodiceę. Coniuro vos per septem stellas, que sunt <sunt> septem Angeli dictarum Ecclesiarum. Coniuro vos per omnia insignia passionis [41] domini nostri Iesu Christi, Per amarissimas lachrymas quibus seipsum, matrem suam, amicos suos & omne genus humanum deffleuit, per sudores quos in incessabilibus suis laboribus diu noctuque pertulit. Per defectum virium eius, causa laboris, fame, sicis & innumerabilium aliorum incomodorum indesinenter sibi succedentium. Per labores quos sustinuit diu noctuque deambulando nudis pedibus per loca, plana, aspera, aquosa, in aquosa, per inuia & deuia, per deserta, scopulos & anfractus, culta & inculta, per Ciuitates, oppida, villa, & castella, predicando Regnum Dei, & penitentiam in remissionem peccatorum, semper benefaciendo & nihil boni pretermittendo, & in sepissime est visus flere & nunquam ridere. Coniuro & vos N. per omnes insidias que ei iugiter ab emulis suis propter bona dumtaxat opera sua ei parabantur, & per omnia opprobria & contumelia quas harum causa pertulit. Per rores, pruinas, niues, glacies, ventos, imbres, pluuias, frigores, & calores, caumata, & algores quoscunque sustinuit, maxime pernoctando sub dio in campestribus exorando cum lachrymis & quandoque cum valido clamore, & pro reuerentia sua exaudiebatur a Patre. Coniuro & vos N. per fugam & declinationem quam occultando se ab inimicis, nec eum caperent & occiderent, antequam tempus a Patre determinatum impleretur & cursus sui in colatus ad omnia perficiendo compleretur. Coniuro vos N. per compassionem qua semper matri sue compatiebatur, cum eum inconsolabiliter deffleret, & ipse quoque idem eam defflendo faciebat. Coniuro vos N. per velum quo faciem eius velabant, & percutiebant, dicentes, Prophetiza[89] nobis Christe, quis te percussit. Et per sacratissimum caput & barbam eius, equibus cum contumelia & opprobrio euulserunt & vellicauerunt crines & capillos. Coniuro vos per sanctissimum collum eius quem funibus & torque ferreo strinxerunt & cum furia & impetu traxerunt quo volebant. Coniuro & vos per manus eius quos funibus loris & cathenis arctauerunt, ducentes hinc inde ad penas & ad mortem

despectissimum. Coniuro & vos per sceptrum arundineum, quod ad opprobrium, contumeliam & ignominiam suam sacratissimis manibus suis tenuit & portauit quantum tortoribus suis placuit. Coniuro & vos N. per coronam spineam, que caput eius sacratissimum coronantes punxerunt, & coram eo genibus flexis procumbentes & magnis cachinationibus & irrisionibus salutantes & dicentes. Ave Rex iudeorum. Coniuro vos N. postergantes ordinem passionis eius, per dirissimam & acerbissimam flaggellationem eius, que ita inhumanissime ceciderunt, ut qui si verus Deus non extitisset animam sibi retinens mox inter manus eorum defficiens expirauisset. Coniuro vos N. per acerbissimum & intensissimum dolorem totius corporis eius, quem totum corpus eius persensit [42] cum flagellataretur & solutus a columna. Coniuro vos N. per turpissimum aspectum, & speciem hominis non gerens, quem habebat quando eum sic illusum pontio pilato presentabant, & ipse preses eum ostendebat dicens. Ecce homo, quasi diceret, Ecce plus debito innocentissime correptum, cassate ab iniqua iam vestra accusatione, quia iam liberum abire volo. Coniuro vos N. per illam immensam humilitatem & incomparabilem patientiam quam in omnibus tormentis suis, accusationibus & improperijs tenebat, nihil loquendo, nec conquerendo tanquam ouis coram tondente se. Coniuro vos N. per iniquissimum & temerarium iudicium, quo ponses pylatus scienter eum iniuste ad mortem crucis condemnauit loco barraba. Coniuro vos N. per illum laborosissimum incessum, quando tanque nequam & ceteris sceleratior inter duos latrones portabat crucem & deffecit viribus cordis & corporis cecidit sub cruce. Coniuro vos N. per illum acerbissimum dolorem quem sentiebat in manibus & pedibus, quum clauis ferreis cruci affigebatur. Coniuro vos N. per improperia que in cruce pendens sustinebat, quando eum circuibant & circumstabant eum aspicientes & capita sua super eum mouentes, & improperantes ei dicebant. Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reedificas, Salua te ipsum, si filius Dei es & descende de cruce. Si Rex Israel est descendat de cruce & credimus ei. Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non potuit. Sperauit in Deum eripiat eum si vult. Similiter & a latronibus secum ad mortem condenatis & crucibus apensis illudebatur. Coniuro vos N. per septem ultima verba que in cruce agonizans dixit. Vz. Pater, ignosce

illis, non enim sciunt quid faciunt. Et latroni dixit, Amen dico tibi, Hodie mecum eris in paradiso. Et matri sue, ait. Mulier, ecce filius tuus, Deinde Ioanni. Ecce mater tua. Et ad patrem clamauit voce magna. Hely, Hely, lamma azabatani. Dixit. Sitio. Et. Consummatum est. Et tandem, dixit. Pater. In manus tuas, commendo spiritum meum. Coniuro vos N. per sacratissimam animam eius, que ineffabiliter letata est, quando se vidit a mortali, vz. corpore solutam & per omnia victrix pristine glorie circumdatam. Coniuro etiam vos N. per victoriosissimum descensum ad inferna, eripiens inde Adam & Euam cum omnibus Patriarchis, Prophetis & omnibus electis suis. Coniuro vos N. per gloriosissimam resurrectionem eius, & Ascensionem eius propria virtute super omnes cœlos. Coniuro vos N. per Spiritumsanctum paracletum promissum patris quem idem filius post decem dies ab ascensione misit in linguis igneis super discipulos suos. Coniuro vos per secundum aduentum domini nostri Iesu Christi, in quo cum gloria venturus est iudicare viuos & mortuos [43] & seculum per ignem. Coniuro vos N. per nouum & eternum testamentum, quod dominus noster Iesus Christus instituit & confirmauit in nouissima cœna, accipiens Panem in sanctas ac venerabiles manus suas, & eleuatis oculis suis ad Deum Patrem suum omnipotentem, Benedixit dedit discipulis suis dicens. Accipite. Hic est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter, accipiens calicem, gratias egit & debit eis, dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus, noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Coniuro vos N. per sacratissimum mysterium fidei. Vz. Corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, quod quottidie in Ecclesia catholica celebratur, & a fidelibus sumitur, in remissionem peccatorum. Demum coniuro vos N. per deum omnipotentem viuum & verum, quem nemo vidit unquam, nec vita fungeretur, si quis eum videret. Coniuro vos per charitatem Patris, & per amorem Filij, & per gratiam Spiritussancti ab vtroque procedentis ineloquibiliter. Per abditissimum mysterium sacratissime et indiuidue Trinitatis, sempiterneque & ineffabilis Deitatis, Unicum & uniueralem totius mundi creatorem & sustentatorem, sine necessitate, sed sola sua bonitate. Coniuro vos per ineffabilem potentiam in qua mundum constituit, & si ei placuerit, eum in fauillam reddet, & in omnibus que fecit,

facta sunt, & facturus est, nusquam quicunque prauum vel reprobum inueniri poterit, quin & omnia fuerunt, sunt & erunt, bona, optima, & omni laude & superexaltatione digna & plena. Per eundem & per omnia predicta, fiducialiter & audacter per eum & in eo, cui tam vos quam omnia cœlestia, terrestria atque imperia inferorum resistere nequaquam licet vos N. coniuramus atque vobis in nomine eius precipimus, ut sine mora coram nobis in placito aspectu appareatis & ad requesita respondeatis & nostram voluntatem proficiatis. Per eundem omnipotentem trinum & unum Deum viuum, verum, timendum, tremendum, laudabilem & semper superexaltabilem, incommutabiliter, ante tempora, in tempore, & sine tempore regnantem, per infinita & indefessa secula seculorum. Amen.

Sequitur alia seu quarta coniuratio, virtute precipua.

Coniuro vos demones & spiritus, per omnes virtutes herbarum & lapidum, per virtutesque & vim verborum. Per virtutes animalium terrestrium & aëreorum. Coniuro & vos per omnia natatilia tam fluminum quam maris & lacuum. Coniuro vos N. per omnia entia cœlestia atque terrestria & infernorum. Vz., per omnia sensibilia & insensibilia ab omnipotenti Deo creata. Er per duodecim fundis maris, & per tracones hyatus, cauernas & speluncas eiusdem, per montes, colles plana & aspera in eodem. Coniuro vos per varios motus, concursus ac fluctus maris, [44] & per Leuiathan quem preposuit Deus mari. Coniuro vos N. per Enoch preposito terre, ut habitet in ea, ubi sunt montes mille. Coniuro vos, per omnes montes & colles orbis terrarum, per plana & aspera, per anfractus inuia & deuia, deserta & habitabilia, per aquosa & inaquosa, per hyatus, speluncas, tracones, conductus & venas terrarum. Coniuro vos per terremotus & voragines eius. Coniuro vos per impetus & horribiles concursus & flatus ventorum & occursus & recursus nubium, Coniuro vos per glacies, niues rores & pruina, per grandines, imbres & pluuias, nebulas & aëris caligines. Coniuro vos N. per fulgura & tonitrua, per horribiles tempestates marium atque terrarum. Coniuro vos per quatuor tempora anni, per Ver, Ęstatem, Autumnum & Hyemem. Coniuro vos per Ignem & etiam admirabilem eius virtutem & effectum in omni loco. Coniuro vos per duodecim menses anni solaris, & per tredecim lunationes & menses lunares. Coniuro vos N. per

septem planetas, & per omnes stellas celi, & per potestates & virtutes eorum. Coniuro vos N. per duo luminaria magna qui presunt diei & nocti, Solem, vz. & Lunam. Coniuro etiam vos N. per omnia vegetatiua terre, per arbores, virgulta, fructeta, plantas, herbas, olera, fructus & semina eorum. Coniuro vos per flumina, riuos, & fontes aquarum / irrigantes superficiem terre, & potum omni carni ministrantes. Coniuro & vos N. per omnia a Deo creata, in celo, in terra, in mari & in omnibus abissis existentia. Coniuro vos N. Per omnia Dei nomina sacratissima, tam per ea quam ad nos emanarunt, quam per ea que nobis incognita existunt. Coniuro vos[90] per nomen Dei unius littere Iod, י, & per nomen duarum litterarum, יה, Iah, אל, El. Per nomen trium litterarum , שדי, Sadai, per nomen quadriliterum, יהוה, per nomen Dei pentagrammaton, אליון, Elion, אלהים, Elohim, יהשוה, Ihesuh. Per nomina Dei sex litterarum, Videlicet, אל גבור אלהים, El Gibor Elohim. Et per nomina Dei septem litterarum, אראריתא, Ararita, אשר א היה, Asser Eheie. Et per nomina octo literarum, אלוה ודעת, Eloha Vedaath, יהוה ודעת, Tetragrammaton Vedaath, Et per nomen & in nomina nouem literarum, יהוה צבאות, Tetragrammaton Sabaoth, יהוה צדקנו, Tetragrammaton Zidkenu, אלהים גיבר, Elohim Gibor. Per nomen quadriliterum, collectum decem literarum, sz. יהוהיחויהו. Per nomen quadriliterarum extensum, יוד הא ואו הא. Per nomen quoque decem literarum, אלהים צבאות, Elohim Sabaoth. Et per nomina duodecim literarum, הוא, Sanctus, ברוך, Benedictus , הקרוש.[91] Et per nomina אב בן ורוח הקדש, Pater, Filius & Spiritussanctus. Et per nomen magnum in duodecim vexilla reuolutum, Vz. ההוי היוה היהו וההי יוהה והיה ההיו הויה הוהי יוהה יההו יהוה.

[45] Et per decem Sephiroth, Videlicet, כתר, Kether, חכמה, Hochmah, בינה, Binah, חסד, Hesed, גבורה, Geburah, תפארת, Thiphereth, נצח, Nezah, הוד, Hod, יסוד, Iesod, מלכות, Malchuth. Coniuro & vos N. per septuaginti duos angelos, qui deferunt nomen Dei omnipotentis creatoris, Schemhamphoras. Per Sz. [In marg: Vide hic Reuchlinum li°, 3°, folio 66°.][92]

ו ה ו	יה	Vehuiah	נ ת ה	יה	Nithhaiah	מ י ה	אל	Mihael
י ל י	אל	Ieliel	ה א א	יה	Haaiah	ו ה ו	אל	Vehuel
ס י ט	אל	Sitael	י ר ת	אל	Ierathel	ד נ י	אל	Daniel
ע ל מ	יה	Elemiah	ש א ה	יה	Seehiah	ה ה ש	יה	Hahasiah
מ ה ש	יה	Mahasiah	ר י י	אל	Reiiel	ע מ מ	יה	Imamiah
ל ל ה	אל	Lelahel[93]	א ו מ	אל	Omaël	נ נ א	אל	Nanael
א כ א [94]	יה	Achaiah	ל כ ב	אל	Lecabel	נ י ת	אל	Nithaël
כ ה ת	אל	Cahethel	ו ש ר	יה	Vasariah	מ ב ה	יה	Mebahiah
ה ז י	אל	Haziel	י ה ו	יה	Iehuiah	פ ע י	אל	Poiel
א ל ד	יה	Aladiah	ל ה ה	יה	Lehahiah	נ מ מ	יה	Nemamiah
ל א ו	יה	Lauiah	כ ו ק	יה	Cauakiah	י י ל	אל	Ieialel
ה ה ע	יה	Hahaiah	מ נ ד	אל	Manadel	ה ר ה	אל	Harahel
י ז ל	אל	Iezalel	א נ י	אל	Aniel	מ צ ר	אל	Mizrael
מ ב ה	אל	Mebahel	ה ע מ	יה	Haamiah	ו מ ב	אל	Umbael[95]
ה ר י	אל	Hariel	ר ה ע	אל	Rehael	י ה ה	אל	Iahhel
ה ק מ	יה	Hakamiah	י י ז	אל	Ieiazel	ע נ ו	אל	Annauel[96]
ל א ו	יה	Leuiah	ה ה ה	אל	Hahahel	מ ה ק	אל	Mehckiel, *forte* Mechkiel[97]
כ ל י	אל	Caliel	מ י כ	אל	Michael	ד מ ב	יה	Damabiah
ל ו ו	יה	Leuuiah	ו ו ל	יה	Veualiah	מ נ י	אל	Meniel[98]
פ ה ל	יה	Pahaliah	י ל ה	יה	Ielahiah	א י ע	אל	Eiaël
נ ל כ [99]	אל	Nelchaël	ס א ל	יה	Sealiah	ה ב ו	יה	Habuiah
י י י	אל	Ieiaiel	ע ר י	אל	Ariel	ר א ה	אל	Roehel
מ ל ה	אל	Melahel	ע ש ל	יה	Asaliah	י ב מ	יה	Iabamiah
ה ה ו	יה	Hahuiah				ה י י	אל	Hayaiel

¶ Coniuro vos N. per Angelos, Razielem, Gabrielem, Michaëlem, Raphaëlem, & Hanielem, Qui sonant. Visio Dei. Virtus Dei. Fortitudo Dei. Medicina Dei, & Gloria Gei. Coniuro vos N. per septem planetas, Vz. Saturnum, Iouem, Martem, Solem, Venerem, Mercurium, & Lunam. Et per angelos eorunden. Vz. Zapkielem, Zadkielem, Camaëlem, Raphaelem, Hanielem, Michaelem, & Gabrielem. Hi enim sunt Spiritus illi septem, qui semper adstant ante faciem Dei, quibus credita est totius regni cœlestis dispositio & terreni quoque, quod (vz.) sub orbe Lune est, Qui & ab aliquibus alijs nuncupantur nominibus, [46] Vz. Saturno dant Angelum nomine Oriphiel, Ioui, Zachariel, Marti, Zamaël, Soli, Michaël, Veneri, Anaël, Mercurio, Raphaël, Lunę, Gabriel. Coniuro vos etiam per duodecim signa Zodiaci. Per, Arietem, Taurum, Geminos, Cancrum, Leonem, Virginem, Libram, Scorpionem, Sagittarium, Capricornum, Aquarium et Pisces. Et per angelos eorundem presides. sz. Malchidaëlem, Asmodelem, Ambrielem, Murielem, Verchielem, Hamalielem, Zurielem, Barchielem, Aduachielem, Hanaëlem, Gambielem, Barchielem. Coniuro vos N. per viginti octo angelos, qui viginti octo mansionibus Lune presunt, quorum nomina per ordinem sunt. Geniel, Enediel, Amixiel, Azariel, Gabiel, Dirachiel, Seheliel, Amnediel, Barbiel, Ardefiel, Neciel, Abdizuel, Jazeriel, Ergediel, Ataliel, Azeruel, Adriel, Egibiel, Amutiel, Kyriel, Bethnaël, Geliel, Requiel, Abrinaël, Aziel, Tagriel, Alheniel, & Amnixiel.[100]

Coniuro vos per perfectos quatuor ventorum, per Michaëlem qui preest vento orientali. Per Raphaëlem, qui presidet vento occidentali. Per Gabrielem, qui preest vento boreali. Per Narielem qui est princeps super ventum Australem, qui & ab alijs Uriel dicitur. Coniuro vos per principes quatuor elementorum. Per Cherub, qui preest aëri. Per, Tharsis, principem aque. Per, Ariel, qui preest terre. Per, Seruph, presidem ignis. Iterum atque coniuro vos N. demones ac spiritus, in quacunque parte mundi sitis per omnia predicta, & per sacratissima nomina summi & veri Dei, **On, Seneon, Ethelec, Eloy, Sabaoth, & Hely, Hely, Hele, Adonay, Lamech, Saday,**

Tetragrammaton יהוה, Alpha & ω, Principium & finis. Qui fuit. Qui est. & qui venturus est. **Eya. Nie. Mene. E**t per sancta nomina eius, **Gesse**, vel, **Gessos**, vel **Bessem**, & **Agla**. Per sanc**ta secreta & manifesta mysteria**, que in sancta Ecclesia Catholica celebrantur. Per mysterium ineffabile sacratissime & indiuidue Trinitatis, & simplicissime unitatis. Per admirabile & ineloquibile verbum, per quod Cœlum & terram atque omnia visibilia & inuisibilia que in eis existunt, creauit. Coniuro vos N. demones, per euiternum atque sempiternum admirabile & ineffabile nomen, tremendum, metuendum ac omni honore dignissimum domini nostri Iesu, quod priusquam conciperetur, ab angelo vocatum est, cui flectitur omne genu, in cœlo & terra, in mari & in omnibus abbissi. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. Per omnia ista & longe alia predicta, coniuro vos N. demones [47] in nomine sacratissime Trinitatis atque indiuidue unitatis, qui coelum & terram, mari & omnia visibilia & inuisibilia in eis & in eorum ambitu (si que sunt) sola sua bonitate & nulla necessitate creauit.

¶ Supplicamus cum omni humilitate te omnipotentem totius maiestatis Deum incommutabilem Patrem cum Filio & Spiritussancto, propter admirabile & incognitum nomen tuum tremendum, timendum, venerandum, corroboratum atque inenarabile laude dignissimum **Tetragrammaton**, י הוה. Per quoque sanctum & venerabile nomen tuum **Anereneton**, ut per sanctos angelos tuos, precipias spiritibus a nobis per omnia predicta in nomine tuo, & per nomen tuum & in irreluctabili virtute tua, coniuratos, ut nostris petitionibus condescendant & voluntatem compleant, & vera responsa prebeant, in nulloque quesito decipiant, nec horrore, stupore vel terrore nos circumdent, in virtute tua inuictissima, in qua, te donante confidentes & ista & maiora audacter aggredimur & attentare non erubecimus. Qui **Adonay**, Dominus Deus **Sabaoth**, nullius egens & uniuerse creature tue/tui, solus mortis & vite, dissipationis & destructionis, restaurationis & renouationis clauem & imperium possides, Viuens & regnans, ab initio, sine initio, in tempore sine tempore, incommutabilis Deus, incognitus **Tetragrammaton**, יהוה. Per infinita & incomprehensibilia seculorum secula. Amen. Fiat, Fiat, Fiat.

Coniuro, adiuro, & contestor vos N. demones, per omnia predicta, ut sine mora, omni excusatione postposita, & dilatione requisita, & in quacunque parte mundi inuenti, occupati vel detenti, in terra, vel in aqua, in aëre siue in igne, ut protinus huc in nostrum aspectum in pulchra & condecente figura, sine spectris, siue terriculamentis, strepitu, siue minaci aspectu, aut gestu vel verbis contumacibus aut insultatorijs, accedentes appareatis, & que petimus, iuxta nostram voluntatem compleatis. In nomine & per tremendum nomen domini Dei **Tetragrammaton**, יהוה. **Saday Sabaoth**. Qui venturus est per unigenitum filium suum, Dominum nostrum Iesum Christum, iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen. Fiat, fiat, fiat.

Ista breuis coniuratio, dicatur post quamlibet superdictarum coniurationum, et enim expediens clausula earum.

¶ Sequitur alia coniuratio, expeditiua

In nomine Dei omnipotentis, Patris & Filij, & Spiritussancti. Amen. Coniuro vos N. demones, per duas tabulas Moysi & digito dei conscripte, & in ira furoris, propter peccata [48] populi in adoratione vituli conflatilis in ira furoris confracte. Et per secundas tabulas instar priorum factas. Coniuro vos per Pentateuchum Moysi. Et per mysteria libri Genesis, Exodi & Leuitici. Per mysteria libri numerorum & Deuteronomij. Per mysteria librorum Iosue & Iudicum. Per mysteria que manus Domini operata est, prout continentur in cathalogo librorum Ruth,[101] Regum & Paralipomenon, Neemie & Esdre. Per magnifica quoque opera Domini, que dominus Deus Sabaoth operatus est, sicut nos edocent Libri Tobie, Iudith & Hester. Per admirabilem discursum libri Iob. Et per admiranda mysteria libri psalmorum & sanctiorum prophetarum cantica & vaticinia per Spiritumsanctum inspirata. Per mysteria librorum Salomonis, Vz. Prouerbiorum, Ecclesiastes & [+Canticum] Canticorum. Per mysteria libri Sapientie, & Ecclesiastici. Coniuro vos etiam per sanctitatem Esaye, Hyeremie, [+Lamentationes,] Baruch, Ezechielis, Danielis, Osee, Ioelis, Amos, Abdie, Ione, Michee, Naum, Abacuc, Sophonie, Aggei, Zacharie & Malachię, Per Dauid Regum virum prophetarum non infimum hominem secundum Cor Dei altissimi. Et per

summum & clauem omnium prophetarum, cui inter natos mulierum maior non surrexit, precursorem domini, Ioannem Baptistam, Per quoque mysteria stupenda que manus domini Sabaoth exercuit iuxta tenorem librorum machabeorum. Per omnes Patriarchas veteris testamenti, Adam, Seth, Noe, Abraam, Isaac, Iacob, & filiorum eius. Per patientiam & castitatem Ioseph, & omnium sanctorum & electorum Dei veteris testamenti. Coniuro vos N. demones per mysteria noui & eterni testamenti & Legis gratie. Per sanctum Euangelium secundum Matheum, Per sanctum Euangelium secundum Marcum. Per sanctum Eangelium secundum Lucam. Et per sanctum Euangelium secundum Ioannem. Coniuro vos N. demones per sanctissimas & Spiritusancto plenas Epistolas Pauli apostoli ad Rhomanos, Corinthios, Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, Timotheum, Titum, Philemonem, ad Hebreos & ad Laodicenses (!). Coniuro vos N. per sacras Epistolas Catholicas, Iacobi, Petri, Ioannis & Iude. Coniuro vos N. per Librum actuum Apostolorum, & per abdita mysteria Libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli & Euangeliste. Coniuro vos per sex hydrias in chana Galilea iussu domini aqua repletas & in optimum vinum a domino conuersa. Et per septem candelabra in conspectu altissimi Dei lucentia. Et per septem lampades ante Deum ardentia, qui septem spiritus sunt Dei. Et per septem sigilla quibus liber in conspectu sedentis in throno scriptum [49] intus & foris, quem nemo in celo & in terra dignus fuit aperire & solue re septem signacula eius, nisi Leo de tribu Iuda, Radix Dauid. Et per agnum occisum habentem cornua septem & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Et per septem angelos in conspecta Dei, habentes septem tubas. Et per septem tonitrua que locuta sunt. Et per septem angelos, habentes septem plagas nouissimas, in quibus consumata est ira Dei. Et per phialas aureas, plenas odoramentorum, que sunt orationes sanctorum. Et per octo animas que euaserunt Cataclysmum & salue facte sunt in Arca Noe. Et per nomen summi Dei admirabilis atque potentissime Angeli, cuius nomen dicitur esse **Gabriel**, qui omnes Spiritus malignos sub sua potestate habet & detinet ab ipsa & in ipsa temporali damnatione, usque ad consummationem seculi. Coniuro & vos, per ineffabilia nomina Dei, **Tetragrammaton, יהוה. Alpha & ω, Grabaton, Kyron, Zebeon, Tayr, Tau,**

Adonay, Ale, Alleluya, Agyos otheos. Agyos yschyros, Agyos athanatos, Sanctus Deus. Sanctus fortis. Sanctus immortalis. Adonay. Sabaoth. Per omnia predicta sacrosanta & abdita mysteria & nomina Dei & angelorum eius vos coniuro, iterum, rursum, atque iterum, ut statim sine mora a quacunque parte orbis terrarum venientes, festinanter nobis appareatis, & in aduentu vestro nullum terrorem, vel formidinem inferatis, sed in pulchra specie humana & verbis blandis, sine mendatio vel deceptione, facientes que volumus, condescendentes nobis in omnibus & per omnia sicut petimus & optamus.

¶ **His ita peractis si venerint. Interroga eos quod volueris, similiter & audacter pete ab eis quicquid volueris, si quo minus. Tunc magister exaltet vocem suam confortet socios suos primo. Deinde dicat.**

Hic sunt vera signa & nomina secreta secretorum. Quis vestrum ausus erit contra (?) ea nobis obsistere, contraire, obluctare, contradicere & rebellem prebere, signaculis & nominibus Triumphatoris qui totum mundum cum Patre & Spiritusancto creauit, regit gubernat & substentat. Quam obrem coniurando precipio vobis per omnia predicta & acta, ut detis honorem & obedientiam Deo, per sacrosancta sua signacula, nomina verba mysteria & opera, cito appropinquantes & humiliter obsequentes, sicut a nobis per Deum **Tetragrammaton Sabaoth** adiurati estis. A quacunque parte mundi, postposita omni excusatione, aut certe vestre potestate spiritibus vel ministris precipite, ut de parte vestra nobis satisfaciant, & condescendant.

¶ **His ita dictis, si apparuerint, protinus ostende eis Pentacula, & cum mansuetudine cum eis loqui te exhibe** [50] **tanquam amicus cum amico, & impetrabis ab eis quecunque petieris. Si vero non apparuerint, tunc magister exaltet vocem suam & sibilum magnum eijciat seu spiret, & cum manu circumquaque aërem verberans, ac socios confortans, dicat.**

[Vinculum Salomonis.][102]

Ecce adiuro vos N. coniuro & contestor atque exorcizo per omnipotentem, potentissimum & corroboratum nomen Dei, **El**, forte & admirabile, laudabile, gloriosum & clarificatum. Bonum, magnum,

sanctum, Iustum, terribile atque tremendum, & impero vobis ut nullam moram faciatis, & sine strepitu & terrore vel deformitate aliqua, sed potius amicabiliter veniatis. Exorcizo vos atque potenter vobis impero, per eum qui dixit & factum est, mandauit & creata sunt. Et per omnia nomina ipsius **Adonay, Aloe, Aloym, Sabaoth, Saday,** quod est Dominus Deus excelsus & omnipotens. Et per huius libri nomen, & per omnes virtutes que in eo continentur, ut non tortuosi & defformes, terribiles seu minaces, aut horribiles sed in pulchra forma nobis appareatis & ad nos veniatis. Exorcizamus vos potenter, per nomen [+Y & V] quod Adam audiuit & locutus est. Et per nomen & in nomine **Vau, Ioth, &, El**, quod Noe audiuit & locutus est, & saluus factus est cum tota familia sua a diluuio & post eum. Et per nomen & in nomine **Ye, Ve, Ya**, quod Abraam audiuit & cognouit Deum. Et per nomen & in nomine **Ioth**, quod Iacob audiuit ab Angelo & liberatus est a fratre suo Esau. Et per nomen & in nomine [+**Eloy**], quod Moyses audiuit in monte Dei Oreb & promeruit loqui cum Deo, & audire eum in flamma ignis colloqui ei. Et per nomen & in nomine **Anathamaton**[103] quod Aaron audiuit, & sapiens factus est. Et per nomen & in nomine **Sabaoth**, quod Moyses audiuit & nominauit, & omnia flumina & paludes in terre Egiptiorum in sanguinem conuertit & computruerunt aque. Et per nomen & in nomine **Oristion**, quod Moyses nominauit & omnia flumina & riui in terra egypti scaturierunt & ebullierunt ranas, & ingrediebantur domus egiptiorum & uniuersa eorum infecerunt, tam comestabilia quam potabilia & omnia cubilia, lectulos & furnos, cum uniuersa terra. Et per nomen et in nomine **Elloy**, quod Moyses nominauit & percussit puluerem terre & facti sunt Cimices & Cyniphes in hominibus & iumentis, & grauissime uniuersos. Et per nomen & in nomine **Arfechaie**, quod Moyses nominauit & venit omne genus muscarum grauissimum super totam faciem terre Egypti, corruptaque est uniuersa terra egypte ab huiuscemodi muscis.[104] Et per nomen & in nomine **Iephatan** quod Moyses nominauit, & ascendit [51] pestis grauis valde super agros, equos & asinos, camelos & oues, & boues, & mortua sunt omnia animantia egyptiorum. Et per nomen & in nomine **Arbitheos**, quod Moyses nominando, tulit cineres de camino & sparsit in coelum, factaque sunt ulcera vesicarum turgentium in hominibus & iumentis. Et per nomen & in nomine **Hellion**, quod Moyses nominauit

& extendit virgam in coelum, & dominus dedit tonitrua & grandinem ac discurrentia fulgura super terram, pluitque Dominus grandinem super terram egypti, & grando & ignis mista pariter ferebantur, & percussit grando in omni terra ęgypti cuncta que fuerant in agris ab homine usque adiumenta, cunctamque herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit. Et per nomen & in nomine **Adonay**, quod Moyses nominauit & extendit virgam super terram ęgypti & dominus induxit ventum urentem tota die illa & nocte, & manefacto, ventus vestris leuauit locustas & operuerunt uniuersam superficiem terre, vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terre, & quicquid virens & pomorum in arboribus fuit, que grando dimiserat. Et per nomen & in nomine **Pantheon**, quod Moyses nominauit, & extendit manum in Coelum, & facte sunt tenebre horribiles & palpabiles in uniuersa terra ęgypti, tribus diebus. Et per nomen & in nomine **Auimon**, quod Moyses nominauit, Et factum est in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terra ęgypti, a primogenito pharaonis, usque ad primogenitum captiue que erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. Et per nomen & in nomine **Yeramon**, quod Moyses nominauit, & extendit manum super mare, & abstulit illud Dominus, flante vento vehementi & vrente tota nocte & vertit in siccum, diuisaque est aqua, & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris. Et per nomen & in nomine **Ysistion**, quod Moyses nominauit, & extendit manum contra mare, reuerseque sunt aquę, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus pharaonis, nec unus quidem superfuit. Et per nomen & in nomine **Anabona**, quod Moyses nominauit & mons Sinay audiuit, & in eodem accepit duas tabulas, digito Dei conscriptas, in testimonium fœderis inter Deum & hominem. Et per nomen & in nomine **Egyrion**, quod Iosue nominauit & in nomine Domini euasit victor Regum triginta & unius. Et per nomen & in nomine **Phanteon**, quod Dauid nominauit, & liberatus est de manu Golie, & Philistinorum. Et per nomen & in nomine **Iah**, quod Salomon nominauit, & promeruit inauditam sapientiam adipisci. Et per nomen & in nomine **Panthagraton**, quod Elyas nominauit, & orauit ut non plueret super terram Israel annis tribus & mensibus sex. Et per nomen & in nomine **Synagyon** quod [52] Helyas nominando orauit Deum, & Cœlum dedit pluuias & terra dedit fructum suum. Et per nomen **Elloy**, quod sanctus

Helyseus nominauit & suscitauit Sunamitis filium. Et per nomen & in nomine **Athanatos**, quod Hieremyas nominauit & presciuit destructionem Hierusalem & captiuitatem filiorum Israel. Et per nomen **Alpha, & ω**, quod Daniel nominauit & destruxit Bell, & interfecit draconem. Et per nomen **Hemanuel** quod nominauerunt Sydrach, Misach & Abdenago [*Abednago] in camino ignis & laudauerunt Deum & remanserunt intacti a flammis ignium. Et per alia incognita nomina omnipotentis Dei sacratissima que ad nos non emanarunt. Et per sacratissima nomina cunctipotentis Dei hic non expressa, in quibus sancti Dei stupenda & magnalia miranda operati sunt. Coniuramus, exorcizamus & potenter adiuramus vos qui culpa vestra cum Lucifero de excelsis celorum habitaculs expulsi cecidistis, & in abissum coniecit Diuina maiestas per sanctos angelos suos. Iterum atque iterum vos coniuramus atque viriliter exorcizamus & vobis imperamus per eum qui dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt, Cui iure omnes creature obediunt. Similiter vos coniuramus per tremendum diem extremi iudicij. Et per quatuor animalia ante thronum Diuine maiestatis gradientia oculos / ante & retro habentia. Et per ineffabilem ipsius creatoris virtutem & potentiam. Et per angelicos potestates & virtutes atque dominationes. Et per summam sapientiam omnipotentis Dei incomprehensibilis maiestatis. Et per annulum & Sigillum salomonis, quem reuelatione Diuina fabricauit. Et per nouem cœlestes Candarias, simili modo Salomoni reuelatas, pro tutela sui corporis, quas & hic in nostris Pentaculis secretorum secretis dessignatus habemus, & hic super pectus meum addixas videre potestis consecratas, quatenus & res expostulat & necessitas requirit, ut sine aliqua mora veniatis coram me, facturi quacunque imperauerim vobis. Coniuro etiam vos per sacratissimum nomen atque per tremenda iudicia eius. Coniuro etiam vos per sacratissimum celatum nomen eius, quod omne seculum timet & tremit & nouem litteris scribitur. Vz. יהוה צ באות, **Tetragrammaton Sabaoth**. Et per sedem **Baldachie**. Et per hoc sacrum nomen **Primeumathon** quod Moyses nominauit, & deglutiuit cum omni familia & substantia eorum, rebelles & contumaces principes Dathan, Abyron & Chori. Nec non & per virtutem istius sacratissimi nominis vos execramus detestamur atque maledicimus atque in abissum deijcimus, constringimus, religamus &

sine remissione detinemus, donec dei voluntate, in cuius virtute & nomine [53] hec audacter facimus, aliter fieri placuerit, si nobis & nostris iussionibus rebelles reluctaueritis. Fiat. Fiat. Fiat. Amen.

¶ **Item, si per omnia predicta verba & coniurationes non apparuerint in oriente vel in australi plaga, continuo reuerte te versus ortum, & boream, respiciendo in aere, faciendo signum sancte Crucis in fronte, dicendo.**

In nomine Patris & Filij & Spiritussancti. Amen. Iesus nazarenus Rex iudeorum.

Deinde munias locum & socios similiter, signando eos signo crucis, & cum manu verberans aërem versus septentrionem & occidentem & dicat sequentem validam coniurationem.

Ecce signa, & nomina Triumphatoris per que totus mundus tremit & timet. Et per illa sacratissima verba, veneranda & timore plena, ac virtutibus validissimis corroborata, vos coniuro, adiuro, exorcizo & contestor, necnon & per potentissimum timendum & corroboratum nomen Dei **El** fortissimum & admirabile vos exorcizamus, atque vobis imperamus, per eum quoque qui dixit & factum est, imperauit & creata sunt uniuersa. Et per nomen **Y & V**, & in nomine **Y & V**, quod Adam audiuit & letatus est. Et per nomen **Gla**, &, **Gle**, quod Noe nominauit & liberatus fuit cum tota familia a diluuio. Et per nomen quod Abraam audiuit & cognouit omnipotentem Deum. Et per nomen **Tetragrammaton, יהוה**, quod Enoch & Helyas nominauerunt & ad terram promissionis ad pugnandum contra Leuiathan reductifuerunt. Et per nomen **Anabona** in quo Deus precipitauit de monte sancto vicia uniuerse terre. Et per nomen **Arphetyon**, vel **Artificem**. Et in nomine **Artificem**, per quod angeli assumptis corporibus aëreis, per aëra cum tubis terribili voce viuos & mortuos ad tremendum iudicium inuitabunt, & peribit memoria cum sonitu. Et per nomen **Adonay** & in nomine **Adonay**, quod Deus per sanctum Angelum media nocte personabit & ad eius vocem ad tremendum iudicium viui & mortui resurgentes venient. Et per nomen **Gegeon** in quo iusti resurgent & ab angelis recipientur electi obuiam Christo (?) domino. Et per nomen & in nomine **Enoitpheon** in quo Deus quotquot vitalem spiritum acceperunt resuscitabit. Et per nomen & in nomine **Stimulaton**, in quo reformabit

Deus de pristina corporis materia aliud corpus dissimile priori, purum & glorificatum atque immortale. Et per nomen & in nomine **Elloy** in quo Deus conturbabit maria, paludes flumina ac fontes & interibunt in eis spirantia queque. Et in nomine, **Eloy**, in quo Deus dessicabit mare, & ad ima deducet. Et per nomen & in nomine **On**, in quo Deus redite faciet, mare, flumina, paludes & fontes aquarum in proprios & prestinos alueos. Et per nomen & in nomine **Messias** in quo Deus [54] faciet omnia animalia discordare & insanire & seipsas dilaniare & occidere. Et per nomen & in nomine **Abitral**, in quo Deus omnia edificia destruet & solo coequabit uno die. Et per nomen & in nomine **Sother**, in quo Deus faciet lapides se inuicem collidere & mutuo se minutatim frangere. Et per nomen **Emanuel**, in quo Deus omnia volatilia pennata in aëre debellare & mutuo se interitu se consumari. Et per nomen **Analzeueron**, in quo Deus humiliabit montes & colles seculi & implebit omnes valles orbis terrarum, Et per nomen **Panthatrerimon**, in quo Deus faciet, Solem & lunam obscurari tanque saccum Cilicinum, & stellas firmamenti cadere. Et per nomen **Sabaoth** in quo Deus & dominus noster Iesus Christus venturus est in maiestate sua iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. Et per nomen & in nomine **Athanatos**, in quo Deus peracto iudicio finali, Luciferum cum omnibus complicibus suis & uniuerso exercitu tartareo, atque omnibus qui peccatores iniuste & impij & inpenitentes ex hoc seculo transierunt, in stagnum ignis & sulphuris vinculis indissollubilibus precipitatos eternaliter religabit. Et electos suos in gloriam sue ineffabilis maiestatis eternaliter collocabit. Et per nomen **Alpha, &, ω**, in quo, sicut in cataclysmo temporibus Noe fecit inundantes aquas cooperire uniuersam superficiem terre atque montes & omnes colles, ita faciet ascendere ignem & comburere atque purificare uniuersum orbem terrarum. Et per nomen **Arphaton**, in quo Deus seculum sicut ab initio creationis eius purgatum & clarificatum constituet. Per omnia predicta nomina, & alia ipsius creatoris nomina sacratissima hic non expressa, nec ad nostram noticiam delata, simul et per omnia mysteria hic enunciata & breuitatis gratia (?) silentio tradita & etiam ad nostram noticiam non relata, vobis potenter & confidenter de Deo omnipotente presumentes, imperamus, exorcizamus & coniurantes adiuramus ut venientes nostris petitionibus condescendentes satisfaciatis,

necnon & hoc oportune importune ista mandamus per altissimum & sacratissimum Thronum & sedem Dei, Regis regum, & Domini dominantium Creatoris uniuersorum, Qui in beatitudine sua victor & triumphator viuit & regnat incommutabilis Deus deorum sine fine, per omnia secula seculorum, Amen. Precipimus iterum ac rursum vobis, ne contumacia inflati ab hinc audeatis alibi permanere, nisi festine ad nos venire sine dilatione, nec astantes a nobis recedere donec que petierimus impleueritis. Si quo minus, dignitate & honore [55] vestra vos per Deum & in nomine eius, per omnia predicta vos priuamus, & in stagnum ignis & sulphuris vos precipitamus eternaliterque inibi permansuros. Denuo ac rursum vobis per Deum precipimus ut festinetis, a quacunque parte mundi huc videre signa & nomina consecrata summi triumphatoris, & per virtutem eorum in Deo & per Deum vos constringimus & coarctamus, quia verba nostra flamma & ignis comburens sunt, & tanquam flamma de fornace ardente de ore nostro prodeunt, virtute diuina, que sufficiunt cruciare & concremare contumatiam vestram eternaliter. Sunt etenim verba per que mundus tremit & lapides a suis locis commouebuntur & scinduntur, aque obstupescunt & cursum suum amittunt. Ignis quoque suum incendium demittit, vel validior exurgit. Ventorum impetus obmutescit, & omnis creatura tremit & genua flectunt (ob reuerentuam eorum) coelestia ac terrestria, & ideo per Deum in virtute eorum vobis audacter precipio ut Deo & verbis atque signaculis eius reuerentiam & obedientiam prostrati hic exhibeatis. Et nuncquid tammodo vobis preter coelestia & terrestria licebit rebellare Deo & sanctis angelis eius et nobis in nomine eius & angelis suis vos exorcizantes & coniurantes? Absit, in eternum.

¶ Scias hic pro certo, quod si essent constricti vel detenti, aut cathenis ferreis alligati in quacunque parte mundi grauissimis vinculis, venient ocius, aut certe suo mittent, qui sufficienter reddent rationem de eorem mora. ¶ Quod si per predicta verba non apparuerint. Exurgat tunc exorcizator robuste & confortet socios suos & cum ense verberet aërem versus quatuor plagas mundi. Et stans in medio circuli flectat genua cum sodalibus suis, & humili voce dicat versus plagam orientalem.

Ubi estis vos N. tales spiritus, qui quando angeli fuistis de Coelesti hierarchia & ordine nouem Chorus angelorum, Venite & videte Coelestia signa & ineffabilia nomina Creatoris vestri, & nomina angelorum illorum quorum ab initio socij fuistis & culpa vestra de eorum congregatione expulsi. In nomine Dei omnipotentis iterum atque iterum vos exorcizamus & coniuramus & imperamus per potentissimum totius maiestatis Deum, corroboratum atque tremendum, Et per nomen eius, **El** forte & admirabile, honoratum, iustum, sanctum, magnificum, venerandum, terribile ac tremendum, imperantes & mandantes, ut nulla moram simuletis, sed ocissime, sine strepitu & defformitate, minis vel furibundi, cum mansuetudine [56] amicabiliter & familiariter veniatis, & responsa vera nobis ministretis.

Et si tunc apparuerint, continuo ostende eis pentacula, & ipsi tecum loquentur tanquam amicus cum amico. Tunc interrogabis eos que volueris, & pete ab eis que desideraueris & dabunt.

¶ **Denique si iterum reluctantes, non apparuerint, reformet magister circulum, & faciat cum cultello (cum quo circulos refecit) crucem in aëre, & vocem emittat contra quatuor partes mundi, & iunctis manibus, genibusque flexis versus septentrionalem plagam, dicat.**

In nomine[105] **Adonay, Alloe, Elloe, Ellyon, Alloyn, Sabaoth, Sadaym,** quod est Dominus Deus altissimus, excelsus & omnipotens, Rex Israel, facimus hec. Sitque semper super omnia opera manuum nostrarum, in corde ore & cogitatu nostro.

Deinde surgat & expansis brachijs quasi vellat amplectere aërem, adijciens, dicat.

Per istius libri nomen, & per omnia mysteria & virtutes in eo contentas, vos exorcizamus atque potenter vobis imperamus, ne tortuosi, defformes, furibundi vel minaces ad nos veniatis, nisi in pulchra forma & amicabili mansuetudine ad nos festinetis. In nomine **Adonay Sabaoth, Alloe, Elloe, Eloym, Saday, Egge, Ioth, Eth, He, Vau, Nafel, Tetragrammaton**, יהוה, ineffabilis, quod est Dominus virtutum, Dominus excelsus, Rex Israel, qui super terre girum seu ambitum habitat, & in septimo coelo sedes eius, & in terra potestas eius. Per

nomen & in nomine eius qui dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt, qui uniuersa precepit & ita fiunt, & absque nutu suo nihil fieri potest. Omnibus sine labore dominatur & potentatui sue nemo resistere valet. Qui omnia sustinet nulla necessitate, nisi sola sua bonitate. Impero & vobis per nomen & in nomine eius, **Ia Ia, Adonay, Sabaoth**, Deus fortis & Dominus virtutem, quod est nomen Dei Regis Israel. ¶ Incipiam igitur, potenter & constanter coniurare & exorcizare vos malignos spiritus, ut perterriti per timore detis honorem & obedientiam sacratissimis signis nominibus Conditoris altissimi, omnium creaturarum, ut a quatuor mundi angulis recedatis & coram nobis presentialiter statim sitis, Et per nomen & in nomine **Saday**, idest omnipotentis Dei corroborati, & **El** fortis glorificati, sancti, iusti, magni & terribilis, qui secula formauit & fecit, & pre timore & pauore suo / omne seculum contremiscit, montes fumigant, rupes & petre scinduntur, & mare fugit & tabescit. Cui pre timore, & terrore potentie eius, tota mundi machina, & abissi trementes & gementes obediunt & seruiunt. Per quem & in cuius virtute potenter, audacter per eum & in eo confidentes, vobis precipimus, & [57] firmiter obnixe imperamus, ut ocius de omnibus locis, de montibus, vallibus, collibus, agris, pratis, antris, specubus, De maribus, stagnis, palludibus, fluminibus, riuis ac torrentibus & stagnis. De fontibus, puteis & cisternis. De viridarijs, de terre promptuarijs & locis amœnis, locis cultis et incultis, desertis & habitabilibus atque inhabitabilibus. De vijs, biuijs, de triuijs & quadriuijs, de plateis & curijs. De balneis & locis ad solatia hominum deputatis. De carceribus & alijs quibusuis locis ad hominum incommoda vel afflictionem preparata. Et tandem de omnibus locis in quibuscunque estis & detineri potestis, vos coniuro exorcizo & adiuro per omnia sepe dicta ut sine mora aliqua cito veniatis cum omni tranquilitate & mansuetudine pacifice, non in ira, necque furore, sine strepitu & terrore, sine deformitate & stupore, ad implendam nostram petitionem, sine mendatio & deceptione. Similiter preter ante dicta hec vobis precipimus per nomen & in nomine sancto quod Moyses audiuit in monte Dei Horeb, quando de rubo ardente & incombusto ei loquebatur dominus & turbatus non audebat eleuare faciem & aspicere contra dominum. Et per nomen & in nomine sancto quod audiuit Moyses & conturbatus est, quando castra filiorum Israel steterunt

iuxta mare rubrum. Et per nomen & in nomine, quod audierunt filij Israel & conturbati timuerunt valde, & recusauerunt, ut dominus loqueretur eis amplius, facie ad faciem, nisi Moyses loco domini. Et per nomen & in nomine quod filij Israel audierunt & prostrati in deserto interierunt multi de populo. Et per nomen quod audiuit mare rubrum, obediuit & se diuisit, prebens iter populo. Et per nomen quod audiuit petra & percussa virga Dei, dedit aquas viuas murmuranti populo contra Deum suum. Et per nomen in quo clamauit Moyses ad Deum & descendit Manna & saturauit populum Dei per quadraginta annos. Et per nomen Dei, quod nominauit Moyses & descendit Orthigometra in saturitatem queruloso populo per annos quadraginta. Et per nomen quod Moyses nominauit & misit dominus in populum ignitos serpentes & ad eorum plagas multitudo maxima e populo interijt. Et per nomen quod Moyses nominauit & nutu domini fecit serpentem ęneum / quem qui percussi a serpentibus ignitis aspicientes euaserunt mortis imperium. Et per Dominum **Sabaoth**, qui cum descendisset super montem Sinai, ceperunt audiri tonitrua & micare fulgura & nubes densissima operire montem, clangorque buccine vehementer per strepebat & timuit omnis populis qui erat in castris. Per omnia ista sacratissima nomina & stupenda Dei magnalia vos N. coniuro & exorcizo constanter ut festine & incunctantes sicut prediximus modo & forma appropinquetis huc, facientes que per omnipotentem Dominum **Sabaoth** vobis audacter imperamus ac iniungimus. [58] Vobisque hec viriliter & potenter imperamus per omnia mistica secreta que Deus ostendit Moysi in monte Sinai, in constructione Arce fœderis, Tabernaculi & Vestimentorum sacerdotalium. Et per arcam fœderis, tabernaculi & sacerdotalia ornamenta, ac omnia utensilia tabernaculi. Et per mysteria omnium sacrificiorum matutinalium ac vespertinalium. Et per nomen explanati secreti, quod super tabulas ligneas scriptum fuit & in monte Sinay a domino Moysi traditas. Et per nomen & in nomine explanati secreti quod bractea auri celatum erat, & in fronte summi sacerdotis Aaron pendebat. Et per nomen & in nomine explanati secreti, quod septuaginta duabus litteris scriptum fuit, quod septuaginta duo nomina Christi exprimebat. Et per nomen & in nomine **Ia**, in quo Deus omne seculum creauit. Per omnia ideo predicta coniuramus & exorcizamus vos, N. sicut iam & sepe

prelibati sumus ut a quocunque loco orbis terrarum vel in aëre propria voluntate vel vi constricti statim ad nos veniatis & desiderium nostrum proficiatis, obseruatis in vestro aduentu quę taxati sumus, ne quoque modo lesi a vobis, constringamur vos maledicere & anathematizare & vos in baratrum cum vestris complicibus religare. Venite, Venite, Venite, sine strepitu a quatuor angulis orbis terrarum absque ullo terrore nobis imposito, sine defformitate, aut ferocitate furibundi, vel minis, vel alterius generis molestia nos perturbantes vel pauorem imponentes, ante Circulum iustum congregati, & nostram petitionem & voluntatem adimplete. Similiter per omnia prędicta vos coniuramus & imperamus potenter, audacter & viriliter, ut in vestro & cum omni apparato vestro, cum seruis vestris & exercitu vestro, in omni mansuetudine & tranquilitate, sine ira & furore, sine defformitate, spectris vel cuiuscunque formidulosis illusionibus huc ante circulum nostrum appropinquetis pacifice, amicabiliter & sine strepitu, ad nostram implendam voluntatem. Coniuramus, exorcizamus & adiuramus vos quoque per coniurata & exorcizata nomina vestra, ut cito festinetis venire ante nos. Per nomina quoque & in nomine istorum nominum, quę quotidie expauecitis & pertimescitis, Vz. **Auos, Bias, Muuas, Ygram, Ayferam, Ioazat**. **E**t per nomen & in nomine duorum Angelorum, qui super vos ante mundi constitutionem ordinati sunt ineffabiliter. Et per omnes spiritus, qui de duabus & de quatuor angulis mundi, timorem & tremorem in sua potestate pre se ferunt, de quorum numero sunt, **Syruel** & **Afruel**. Et per nomina quatuor angelorum qui principes & prefecti sunt super quatuor ventos & quatuor partes mundi, Vz. Michaëlem qui presidet in orientem. Raphaëlem, principem occidentalem. Gabrielem, prefectum borealem. [59] Narielem, qui ab alijs Uriel dicitur dominum Australem. Et per quatuor prępfectos 4or elementorum. Per Cherub, pręfectum aëris. Per Tharsim, dominum aque. Per Arielem, presidem terre, & per Seruph principem ignis. Per omnia ista sancta nomina angelorum, & per omnia predicta nomina & mysteria exorcizantes & coniurantes imperamus vobis, ut proni, cito & sine dilatione, coram nobis ante circulum istum veniatis in forma & modo sicut sepe diximus ad nostra desideria perficienda. Iterum atque rursum idem vobis, sicut prius precipimus omnia predicta, per immarcessibilem virtutem summi & omnipotentis Dei

Creatoris totius uniuersitatis. Per virgam quoque Moysi & Aaron. Et per annulum Salomonis filij Dauid, in quo sculpta fuerunt nomina & signacula omnipotentis Dei. Et per nomina angelorum virtutum & potestatum, cum quibus Salomon alligauit principes demoniorum & omnes subditos eorum, quotquot volebat. Sic quoque per omnia ista & in virtute eorum, sicut ipse obedire vos coegit, vos constringimus, coarctamus & cogimus viriliter, ut in omnibus, sicut sepe citauimus nobis condescendentes impleatis que postulamus, nec cum affueritis a nobis, donec omnia nostra desideria & postulata impleueritis / a nobis recedatis. Quod etiam vobis precipimus, per angelum & per nomen angeli qui per potestatem a Deo sibi tradita, vobis, potenter, firmiter ac magnifice, imperatur & dominatur. Et etiam per nomina quadraginta duarum litterarum, & explanatorum nominum, hic scripta, quarum quelibet continet nomen magni & terribilissimi angeli, Vz. A**b git, Crasom, Zanafal, Rodosi, Puxili & adimel Ioeth**. Similiter vos coniuro & exorcizo per infra scripta nomina sanctorum angelorum, & constringentes vos mandamus, & audacter imperamus, ut ab omnibus terminis orbis terrarum, a montibus, collibus, vallibus, specubus, antris, speluncis, vijs, inuijs, deuijs, seu diuerticulis, biuijs, triuijs, quadriuijs, plateis, mercatis siue emporijs, a maribus, Stagnis, paludibus, Cisternis, fluminibus, rippis, riuis, torrentibus, fontibus, simul & a vobis obsessis hominibus vel animalibus, immo & a quocunque loco, hic vel alibi non expresso specialiter, festinanter huc sine mora ante circulum nostrum appropinquetis, ad perficiendum omnia iuxta voluntatem nostram / que postulamus, venientes in forma & modo sicut & supra vobis sepe imperauimus & reimperamus, iterum & semper etiam hortamur. Que omnia modo prelibato, coniurantes etiam vobis imperamus per explanata hic sancta nomina. Vz. **Anath, Cothag, Ony, Synan, Negar, Gynas, Prothar, Ceth, Chaf, Tena, Agym, Por, Cethte,** Potenter quoque & audacter & confidenter vos exorcizamus & coniuramus per istas litteras explanationem sequentium nominum [60] quia tanquam ignis comburens consumunt & potenter quęque contraria deuastant & vere creatorem eorum agnoscunt & collaudant & inuocant, & furorem eius consumunt, & sunt. **Adiriron** vel **Adirion, Biariron, Girariron, Gyabagya, Belamia, Octamia, Camaya, Rahanaya, Adiria,**

Seganya, Malathya, Naharia, Infinaria, Garia, Roathya, Lalia, Cassia, Sigionya, Boalia, Doreria, Kamia, Zazatia, Thabata, Aya, Grigalia, Dauedania, Bachaia, Amania, Anama, Cach, Catha, Chachya, Vamaya, Gedalsaria, Geradia, Iaminea, Pechaya, Usuarna, Tharia, Chauedaia, Seaduderia, Redosia, Vachelaria, Zadia, Iacidia, Thehe, Matlya, Semeforas, Anereton, Ioazat. Per hec nomina vos exorcizamus & coniuramus, ac per benedictum & sui imperij nomen gloriosum, corroboratum & semper superexaltatum, ab initio & ante secula, nunc & semper & per infinita secula seculorum. Amen. Vos autem N. cum istis mundis nominibus ligamus & cum sigillo viui ac veri omnipotentis Dei, cum quo ipse mare sigillauit, ne exiret terminos suos & occuparet aridam, vos obnixe & indissoluabiliter sine remissione sigillamus. Venit de sancto throno & sede **Adonay, Elloe**, quod est nomen Domini Dei **Sabaoth**, & descendit verbum quod vos ante nos apparere & venire coarctat, & constringit vos nostris obtemperare mandatis.

Vos igitur Sigillo solis, lune & stellarum constringimus, & ligamus. Et per quatuor animalia & eorum nomina, que excelsum, supereminentem & eleuatum thronum & sedem sanctam Dei portant. Et etiam per perfectos duodecim signorum vos prudenter ac potenter ligamus & sigillamus, & vos N. precipue coniuramus, & terribiliter exorcizamus, ut ad nos sine terrore, strepitu, furore, vel defformiter, aut terriculariter, vel funestis spectris, sicut supra prelibati sumus de quocunque loco orbis terrarum vel alibi, aut aliubi constituti festinanter currentes ante circulum istum properantes veniatis, ad nostram voluntatem exequendam, & hoc suppliciter, mansuete ac pacifice, cum summa obedientia coram nobis repente & sine turbatione. Et pro solatio vestro, percipietis fragrantiam suauissimi odoris & suffumigij, & videbitis vestri creatoris figuram, & signacula atque sigilla, & nomina eius ineffabilia, atque angelorum eius. Insuper notum vobis facimus, si hec facere neglexeritis, & statim ad exequendum nostrum voluntatem non properaueritis sicut iam sepe (modo & forma) prelibauimus vestram aduentum cito maturaueritis repente vos N. iterum atque iterum coniurabimus, adiurabimus & exorcizabimus per omnia verba predicta, exorcismi nostri. Quia si forte cretori vestro, [61] (quod absit.) rebellare

conaueritis, verbis & preceptis suis quoque obluctaueritis, vos omnes pariter precipites in iram & indignationem eius ibitis, & omnes eternis flammis & cruciatibus inextinguibilibus condemnabimini, & in eis sine remissione eternaliter cruciabimini, & nihilominus scribemus nomina vestra / cum imaginibus que vel figuris vestris, igni & flammis sulphureis trademus.

Nos igitur super imagines seu figuras & nomina vestra irruentes cum potestate, potenter & constanter, precipimus & imperantes vos monemus, ut honori vestro & nostro prospiciatis, ne ludibrijs seu ridiculosis circumuentionibus nos decipiatis & mendacijs obfuscetis & frustretis alio quocunque modo aperto vel occulto, sed huc ante circulum nostrum accedatis & hinc nequaquam discedatis, donec nostris petitionibus condescendentes plenarie satisfeceritis, quibus expletis licentiati a nobis tranquilli & mansueti in pace recedatis, dantes obedientiam & honorem Deo & sanctis Angelis eius.

Iterum vos coniuramus atque exorcizamus per nomen & in nomine **Ia, Ia, Ia,** quod interpretatur, Deus, Deus, Deus. Et per nomen & in nomine **Va, Va, Va,** quod interpretatur, Dominus & Deus. Et per nomen & in nomine **Egge,** quod significat, Sum qui Sum. Et per nomen & in nomine **Tetragrammaton,** quod est יהוה, **Ioth, He, Vau, He.** Et per omnia nomina, que exposita & interpretata sunt, & per illa nomina que nondum scita, & nota, non interpretata. Et per omnia predicta nomina, quorum virtute & preeminentia inexquisita, vos supra & nunc, potenter, confidenter & audacter coniurauimus & exorcizauimus, vos denuo ac rursum exorcizamus & coniuramus, ut quammox huc ante circulum nostrum accedatis & in veritate veritatem nobis ad omnia interrogata pandetis, omnifuco, mendatio, vel circumuentione vel circumlocutione, aut enigmatibus, vel inexplicabilibus verbis onerosi vel tediosi, sed verissimis verbis nudis, nullis interpretationibus indiguis vel indigentibus, vel remissibilibus, aut hesitatione alique, vel suspicione aut declaratione carentia.

¶ **Omnibus predictis sic rite peractis, videbis turmatim aduentare demones instar alicuius Principis, Regis vel Imperatoris in Ciuitatem aliquam, seu Villam. Preibunt enim eos aliqui tanquam venatores, milites & domicelli & varijs ministris, & tandem extremi, principaliores, & eorum Rex**

stipatus militibus & maxima turba ante eum, cum omni genere instrumentorum musicalium, Citarizantes, Organizantes, Timpana percutientes, Psallentes, Cantantes, Iubilantes, Vociferantes & dulces melos dantes. ¶ Tunc Exorcizator, ipso domino illorum apparente discooperiat Pentacula quas super pectus suum assutas habet, aufferens inde velum [62] **vel pannum, i. coopertorium vel velum sericeum, quo interim coniurationes fiunt pentacula cooperta manent, & ostendat ea ipso domino, simul una signa & mysteria libri. Tunc ipse coram te genua statim flectat & dicit. Domine quid vis, & ad quid me venire fecisti. Tunc exorcizator precipiat omnia sedari & cuncta quiescere, & astrepitibus cessare, & renouabit suffumigia, faciens fragrancias & odores suauissimos. Et cooperiat pentacula cum velo sicut prius.**

¶ Silentio autem facto, tu audies mirabilia magna de diuersis rebus mundi, de philosophia & de omnibus scibilibus huius seculi. Post hec iterum magister exorcizator discooperiat pentacula, & petat ab ipso principe demoniorum quecunque voluerit, & ipsi continuo prestabunt, siue unus, duo, vel plures spiritus fuerint, illud idem facias. Cumque ab eis nactus fueris que desiderabas, licenciabis eos, dicens.

> Quilibet vestram abeat ad locum suum in pace, & pax vera sit inter vos, & nos.

¶ Deinde magister dicat Euangelium sancti Ioannis, Vz. In principio erat verbum, & Credo in unum Deum, & exeat de Circulo, & unusquisque lauet sibi faciem cum aqua munda & exorcizata, sicut infra habetur de aqua & ysopo, & induant sibi vestimenta sua, & eat quilibet ad propria in pace. ¶ Et scias, que hac coniuratione semel dicta, si cathenis ferreis & ignitis ligati essent, nullus eorum auderet moram facere vel tardare, etiam quocunque alio impedimento detentus. ¶ Quod si rebelles contra exorcizatorem extiterint, & venire neglexerint. Tunc scribantur nomina eorum in carta aliqua & inficiantur cum luto fœtido & foedis rebus, & aspergantur sulphure, & nouo igne accenso & imposito igni sulphure, luto foetido & assa fœtida, teneat cartam super ignem, & dicat.

> Coniuro te ignis, ut spiritus istos in virtute tua crudeliter exustes, crucies & combures, concremando, exurendo, destruendo & crudelissime affligendo.

Et hec dicendo proijce et trade igni cartam, & dic.

> Maledicti, blasphemati, anathematizati, & pessime vituperati sitis, nunc & in eternum, pena & tormento

quoque crudelissimo perpetim cruciati, sine remissione & ulla requie, si statim non fueritis obsequentes nobis, iuxta omnes coniurationes & verborum tenore / quibus exorcizauimus & coniurauimus vos, per omnia nomina nominata & descripta in sacro & consecrato libro isto, secreto secretorum. Et etiam per subsequentia nomina sacratissima. Vz. **Anerenedon, Ioazat, Pathir, Semephoras,** Alleluya, Aleph, Beth, Gimel, Deleth, He, Vau, Zay, Beth, Ther, Thet, Ioth, Caph, Lamech, Meni, Num, Ozym, Nym, [63] **Samech, Aym, Ayn, Fe, Sade, Ceph, Resh, Sina, Tau**, **Vel potius sic.** ¶ א Aleph, ב, Beth, ג, Gimal, ד, Daleth, ה, He, ו, Vau, ז, Zain, ח, Cheth, ט, Teth, י, Iod, כ, Caph, ל, Lamed, מ, Mem, ם, Mem, נ, Nun, ן, Nun, ס, Çamach, ע, Hayn, פ, Pe, ף, Phe, צ, Çadic, ץ, Çadic, ק, Quoph, ר, Res, שׁ, Sin, שׂ, Çin, ת, Tau. Per omnia predicta nomina vos maledicimus, & per eorum virtutem & significata, vos precipitamus in stagnum ignis & sulphuris, usque in abissum cum lucifero, eternaliter cruciandos & comburendos.

¶ His ita peractis sine aliqua mora eadem hora confestim concurrent undique, & proni, dicentes.

Domine precipe, quid vis. Fac nos liberos a pena.

Et statim eadem hora rescribe nomina eorum, & fac eis fragrantiam cum bonis & odorifferis speciebus eos suffumigabis, & ostende eis pentacula, & silentio facto pete quecunque volueris, & habito responso, dic.

Per virtutem pentaculorum, eo quod ob reuerentiam eorum, & verbis & nominibus ac signaculis summi Dei creatoris obedientes vos exhibuistis, Pax sit inter vos & nos, & estote perfusi & per fragrati fragrantissimis & suauissimis odoribus, & ite cum benedictione & pace illius, qui vobis ista & alia incomparabilia scire concessit. Et estote semper parati, cum vos vocauerimus venire ad nos absque aliqua solemnitate vel apparatu cerimoniarum, sicut in presentiarum peregimus. Amen. Fiat, Fiat, Fiat. Amen.

Et cum ipso coniuramento consecrare poteris librum & omnia quecunque volueris.

¶ Capitulum tertium, cuiusmodi Pentacula esse debeant & de earum compositione & virtutibus eorum.[106]

In isto capitulo Pentaculorum siue Candariarum pendet tota scientia clauicule, quoniam ibi tota scientia incipit & finitur in operatione earundem. Si quis autem in hac scientia voluerit esse perfectus, faciat sicut in isto libro & in hoc capitulo edocetur, quia de pentaculis ducunt originem exorcismata, nomina ineffabilia, Caracteres, & signa totius artis. Et ideo in ipsis tota scientia omnium occultorum siue artium occultatur. Et pentacula siue Candaria cum nominibus sanctissimis & signis in ipsius erat scripta tabulis vel secretis Moysi, & Salomon reuelatione Diuina inde secretum accepit, & compendiose in unum dispersa collegit, conseruauit & rite consecrauit ad omnem necessitatem humani generis, pro tutela corporis & anime.

¶ Fiant igitur Pentacula in die Mercurij & in hora eius, luna existente in signo aëreo vel terreo, [64] & sit par cum sole, Vz. Si sol est in ♊, ♎, vel ♒, luna quoque debet esse in uno eorum, ante tamen ☍, & non ab ☍ in ☌. Non secus debet fieri, cum Sol peragrauerit unum de signis terreis, vz. ♉, ♍, vel ♑, Luna pariter addente lumine cum sole in uno eorum reperiatur. Expedit quoque ut habeas domum siue cameram priuatam, mundam & nitidam quam preter te nullus nisi socij habitet, quam suffumigabis tali suffumigio, quali infra de suffitibus instrueris. Si tunc tempus serenum fuerit, operabis, si non abstinebis ab opere. Habebit & cartam virgineam unam vel plures, confectas sicut infra de carta virginea habetur, in quam hora predicta incipias scribere pentacula de melioribus & excelsioribus coloribus, utputa cum auro vel argento, de Cinabrio vel optimo lazuro, sint etiam colores & omnia exorcizata, sicut infra de penna & atramento habetur. Cumque peracta fuerint pentacula, accipe velum subtilissimum bombicinum, i.e. sericinum optimum, sicut etiam infra de tela sericea dicitur, in quam cum reuerentia pentacula collocabis. Habeas etiam vas aëneum plenum carbonibus accensis, in quod pone de thure albo masculo, & mastice & ligno aloe exorcizato, Caffrano, Mirrha & muscho, costo, & spica, & de omnibus speciebus odoriferis & exorcizatis sicut infra de suffumigijs tractatur. Tu autem sis mundus & nitidus sicut de exorcizatore infra practicatur, & ita rite preparatus, Artauum ad manus habeas, temperatum cum succo pimpinelle & sanguine anseris masculi & sit fabricatum & de toto in die Mercurij exactum in augmento lune, inceptum etiam in hora mercurij. Super quem decantate sint misse tres, & sit suffumigatum, sicut infra tractatur, cum quo precidere debet manipulum de ysopo. Et cum ita preparato artauo opportet condere circulos per gyrum prunariorum siue vasarum aëneorum. Et super dictas testas seu vasa aënea in medio circuli sita teneas pentacula, & suffumiga eas cum reuerentia, & cum magna deuotione dic sequentes psalmos & oratio sequente.

- Domine Deus meus in te spe[raui], 7.

- Domine Dominus noster, quam, 8.
- Coeli enarrant gloriam Dei, 18.
- Deus Deus meus respice, 21.
- Dominus illuminatio mea, 26.
- Afferte domino filij Dei, 28.
- Beati quorum remisse sunt, 31.
- Miserere mei Deus secundum, 50.
- Deus in nomine tuo, 53.
- Deus iudicium tuum, 71.
- Ecce nunc benedicite dominum, 133.

Sequitur Oratio prędicta.

A**donay** sanctissime, **El** potens, O pijssime. Qui es **Alpha & ω**, qui omnia in sapientia fecisti & condidisti. Qui Abraam primum fidelem in seruum & amicum elegisti, & semen eius sicut stellas cœli multiplicasti. Qui Moysi seruo tuo de nocte & filijs Israel [65] super mare rubrum in columna ignis apparuisti, & nomen sanctum tuum, quod est, **Eye, Asser** vel **Epheye** ei reuelasti. Qui filios Israel per mare rubrum siccis pedibus transire fecisti. Qui Moysi in monte Sinai legem saluationis dedisti. Qui filios Israel per quadraginta annos pane angelorum & orthygometra in deserto aluisti. Qui pedibus siccis populum Isr[a]eliticum per Iordanis alueum in virtute tua traduxisti. Qui Salomoni filio regis Dauid precunctis hominibus sapientiam contulisti, & ei presentia pentacula seu Candaria pro custodia corporis & salute anime misericorditer reuelasti & concessiste. Tuam immensam adoro maiestatem & tuam suppliciter imploro misericordiam, ut in virtute tua ineffabili & inuicta ista pentacula seu Candaria per te consecrentur & preparentur sicut expedit ad conseruationem corporis & anime, & ad cohercendum cuiuscunque qualitatis malignos spiritus, & hanc virtutem inuiolabiliter semper per te Deum virtutum & potestatum obtineant. Qui solus es Deus deorum & dominus dominantium, & per te solum cuncta creata sunt & salua subsistunt, donec tibi placuerit & non amplius, **Adonay Sabaoth** sacratissimus incommutabilis, inaccessibilis, &

tuum regnum sine fine permanet. Per infinita secula seculorum. Amen. Fiat. Fiat. Fiat. Amen.

¶ Omnia predicta dicas sic tribus diebus sibi succedentibus, idest, mane semel, & vespere iterum, suffumigabis eos quoque predicto suffumigio. Quibus transactis, fac super eas celebrare, tres missas, duas de Spiritussancto & una de beata virgine Maria, vel de sancta Trinitate.[107] Deinde colloca eas in locum munda, sequestrato de omni immundicia & pollutione circumuolutas pannis sericeis mundis cum speciebus optimis odoriferis. Scias preterea quod amplioris efficatie essent, si cum auro puro vel argento designarentur.

¶ De virtute & potestate Pentaculorum siue Candariarum.

Sciendum est, quod si coniuraueris aliquem spiritum in quacunque parte sit, timore pentaculorum (sic rite compositorum) tibi proni obedient. Si quoque arctaueris aliquos spiritus coram te, & eis ostensus fueris pentacula, nullus ausus erit preterire mandata tua, nec erit necesse eis aliquod sacrificium exhibere. Iterum scias, que predicta pentacula valent contra omnia pericula, terre, aque, aëris & ignis. Et contra omnes languores & necessitates. Et contra omnes inimicos. Contra venenum. Contra maleficos, Phitones, Strigas & terriculamenta, spectra, & nocturna phantasmata. Contra timores et pauores, & varios occursus periculorum. Contra fulgura, tonitrua et tempestates. Et quocunque ieris vel ubicunque fueris, diu noctuque securus & immunis ab omni periculo eris. Dummodo ab omnibus peccatis & immundicijs te custodias, [66] quantum possibile tibi fuerit. ¶ Aduerte quoque, quod antequam quicquam incipias, primo facias Artauum, sicut supra monitum est, cum abscindi opportet manipulus ysopi ad aspergendum cum eo aquam exorcizatam, quia in omnibus operationibus huius clauicule opportet adesse aqua benedicta, & aspersio cum ea super omnia opera.

¶ Et non te pretereat, quod die & hora Mercurij debent fieri Pentacula, dies quoque ille sit serenus, nec ventorum tempestate impeditus. In eis etiam sint nomina creatoris optimis litteris & auro vel argento, vel ad minus preciosis coloribus conscripta. In medio autem pentaculorum sit maiestas Iesu filij dei viui, sicut depingitur quando in extremo iudicio iudicaturus est viuos & mortuos. Et in circuitu maiestatis sint scripta nomina eius ineffabilia, & angelorum suorum. Et quotiescunque aliquid per istam clauiculam operari volueris, semper tecum habeas pentacula, per virtutem enim illorum consequeris optata.

¶ Capitulum quartum, qualiter fieri debent experimenta ad recuperandum furata vel quacunque vel dolo ablata.

Perquire fili mi charissime experimentum ad furto vel aliter dolose vel fraude ablata recuperandum. Vz. Per coniurationes spirituum, aut virtute caracterum, vel alterius generis experimentum. Quod si in illo experimento non fuerit dies & hora expediens ordinata, omnino opus erit & opere precium, ut accipiat, vel expectet diem & horam expedientem, quibus nactis, facere que nunc sequuntur, & priusquam quicquam incipias, dic sub silentio sequentium orationem.

Domine Deus omnipotens Pater qui Adam cum Eua constituisti in paradisum terrestrem ad custodiendum illud, & precepisti eis ut ex omni ligno comederent, nisi de ligno vite quod non contingerent, & decepti versutia diaboli comederunt de eo, quod vocatur Seraph, & statim eiecisti eos per angelum tuum. Tu qui mirabilia magna in inuicta in immarcessibili virtute tua facis solus & omnipotentatui tue ne est qui resistere quę at. Per admirabile nomen tuum **Tetragrammaton** quod est **Ioth, He, Vau, He,** יהוה, & per sanctum nomen tuum venerandum **Anereneton**, da mihi virtutem & potestatem, ut presens experimentum perficere valeam, qui Adam prothoplasto transgresso mandato tuo abscondito vocasti & suam inobedientiam ei detexisti & pena perpetua mulctasti, exaudi me, pro ablata N. re & ne permittas, ut quietalia fecit, in sua pertinatia cum ablato permaneat, quin tam ipse quam ablata appareant & cuique sua restituantur. Deus omnipotens Pater ne despicias in hac re me indignum peccatorem inuocantem te, tibi enim omnia possibilia sunt, qui ex nihilo cuncta creasti, & ad usum hominum [67] omnia deputasti, & unicuique tribuisti vim & virtutem in suo gradu, Vz. Lapidibus, herbis, plantis, arboribus & virgultis, Animalibus terrestribus & volatilibus coeli, atque piscibus maris. Similiter admirabilem vim & virtutem verbis & car[a]cteribus. Iterum tuam irreluctabilem virtutem humiliter deprecor, ut in tua clementia incomparabili me indignum exaudias & tribuas mihi per hoc experimentum effectum veritatis, ut queam cognoscerem tam rei fraudatorem, quam ablata recuperare, vel ubi reperiantur. Per te totius maiestatis Deum veritatis & immortalitatis. Qui viuis & regnas incomparabilis & incommutabilis Deus deorum & Dominus dominorum, Deus. Per omnia, &cetera.

¶ Deinde suffumiga locum suffumigijs supradictis, & aspergatur aqua exorcizata cum ysopo. Et preparato experimento cum coniuratione tali,

quali conuenit illo experimento, dic secrete, idest submissa voce cum magna attentione & d[e]uotione super experimentum tuum sequentia verba.

> A**bach, Abdach, Istach, Restach, Andach, Castas, Castrat, Cabrath, Lusor, Trufator, Derisor, Incantator,** Adestote **Triconizatores**, & ostendite vel facite rem istam apparere sicut scitis & videtis talia qualia conueniunt & expediunt nobis in hac re. Venite ergo secrete & consecrate istud breue, (Vel. N.) ad incantandum, quia Iesus nazarenus ad talia vos ordinauit & deputauit.

Postea operate tale breue, sic ordinatum, tali hora, sicut supra dictum est quibus horis. Et si sic feceris videbis experimenti tui effectum.

¶ Capitulum quintum, qualiter operantur experimenta ad reddendum seipsum quis, vel aliquem inuisibilem.

Si scire cupis aut facere experimenta inuisibilitatis, facias illud experimentum, sicut in illo experimento continetur, die & hora constituta, sicut supradictum est, scribendo illud in cartam virgineam, cum penna & atramento facto sicut supra continetur. Et si tale experimentum fuerit coniurationis, ante coniurationem, dic in secreto mentaliter hoc carmen.

> **Stabonten, Nacheryn, Asey, Elmugit, Galelym, Semeneym, Metrobal, Labonetem, Netemolab, Balometem, Balnoym, Tygamel, Nilegab, Icarnes, Naraban, Yessa, Ayes, Ayot**. Per gratiam quam supra sydera tenetis, perficite hoc opus ut omnibus inuisibilis sim.

¶ Et si opportuerit facere circulum, sicut in libello continetur, fiat. Et si Caracteres sint scribendi, fac sicut de eis legitur. Et si de sanguine, fac sicut legitur de sanguine vespertilionis. Cum autem preparatum fuerit experimentum, si in eo repitur aliquam coniuratio, in fine eius dic verba sequentia, Vz.

> O tu **Bel pentrason**, magister inuisibitatis, [68] **Tenot, Mazat, Motageren, Brios, Diomedos, Lifidon, Tobelgirib, Elsudran, Rastamur, Ochrel.** Coniuro te **Pentrason** & ministros tuos, per illum qui regit orbem uniuersum, & ambitum eius tremere facit. Et per cœlum & terram. Per Cherubim, Seraphim & Thronos. Per Dominationes, Virtutes & Potestates. Et per Principatus, Archangelos & Angelos. Et per illum qui obumbratione Sanctispiritus intrauit in uterum perpetue

virginis Marie & de ea natus est verus Deus & verus homo. Et per eundem qui exiuit de sepulchro clauso & sigillato, & intrauit per clausas portas, prebens se visibilem & palpabilem, & tandem ascendit propria virtute super omnes celos & sedet in dextera Dei Patris omnipotentis & inde venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem, ut experimentum istud perfecte ad effectum ducas, ita ut quandocunque voluero inuisibiles omnibus existam. Iterum coniuro te **Pentrason** cum ministris tuis per inuisibilem, inaccessibilem, incommutabilem omnipotentem Dominum Deum **Sabaoth Tetragrammaton**, יהוה, ut cito veniatis & hoc experimentum perficias ut per illud quandocunque voluero inuisibilis reddar omnibus hominibus.

Capitulum sextum, qualiter operantur experimenta amoris.[108]

Quicunque volueris preparare vel facere experimentum ad iceiscv kxvdipc dnedaocl [=Habendum aliquam mulierem],[109] expedit ut sit sicut conuenit. Et exorcizator debet esse sicut infra docetur, deinde accipe illud experimentum quod facere cupis, & fac sicut in eo continetur, Quod si defuerit dies & hora, facies secundum doctrinam infra scriptam de die & hora huius experimenti. Et si experimentum fuerit de imagine, Cere aut alterius materie seu metalli, tunc primo & ante omnia fac imaginem de tali Cera, quali tale experimentum expostulat similiter fiat de ceteris. Quibus perfectus, dic super imaginem que sequuntur.

Venus, **Yster**, **Astropolim**, **Asmo**, **Mercurius**, **Iupiter**, **Saturnus**, **Seneyr**, **Emissus**, **Luc**, **Nensi**, **Yesin**, **Rest**, **Setir**, **Secre**, **Crest**, **Reces**, **Inlopetas**, **Lenis**, **Atrop**, **Portusinel**, **Atoroponil**, **Linoporeta**, **Leporeta**, **Pesta**, **Ronia**, **Omoracop**, **Lopocarmo**, **Ysompelataym**, **Raco**, **Lopinos**, **Pillaborto**, **Vosteno**, **Colarip**, **Arplotoson**, **Nocor**, **Solpiar**, **Raytioploson**, **Vosor**, **Portira**, **Ioson**, **Ymas**, **Sarmo**, **Moas**, **Sabin**, vel, **Sadin**, **Mosa**, **Amos**, **Soma**, **Maos**, **Soniam**, **Maso**, **Yrcolabij**, **Gaylyni**, **Ursicus**, **Ascaroth**, **Draco**, **Dracuncucus**, **Affatil**, **Ara**, **Arellus**, **Eger**, vel **Egor**, **Atraar**, **Bel**, **Belyay**, **Contifal**, **Aray**, **Aranay**, **Caytur**, **Inenoc**, **Arieliemur**, **Tayrma**, **Pistolueri**, **Verifer**, **Emultierel**, **Agama**, **Corily**, **Rima**, **Belterima**, **Ylatantez**, **Pecunen**, [69] **Pecumem**, **Fiura**, **Venetusse**, vel, **Buccusse**, **Mynymoni**, **Genitul**,

Tepore, Corillon, Zagam, Iacaboc, Asmodeus, vel, Asmoderis, Verin, Berymon, Temtator, Somniator. Coniuro vos omnes ministros amoris & fornicationis per illum qui vos destruere & reedificare potest. Et per omnia nomina ipsius, qui vos quotidie tremore afficit, arctat & constringit, ut hanc imaginem valide & veraciter consecretis & confirmetis, ut in se contineat desideratam virtutem, per illam consequendi que desideramus & obtinere que vestro conamine cupimus. Iterumque vos pro hac re coniuramus, per obedientiam & reuerentiam quam debetis ipsi trino & uno Deo omnipotenti Patri & Filio & spirituisancto, **Adonay,** tremendo Domino **Sabaoth Tetragrammaton** inaccessibili viuo & vero. Cuius regnum & incommutabile imperium perseuerat sine termino per omnia secula seculorum, Amen.

¶ De prelibata Cera plasmabis imaginem sicut dicitur in experimento illo. Si etiam opportuerit scribere quid super imaginem, fiat cum acu, stilo vel penna conueniente, sicut sepe citatum est. Nec minus fiat de suffumigatione, prout etiam in suis locis precipitur, non postposita quecunque ipsa operatio expostulat, sicut in primo, secundo, & tertio libro fieri iubentur. Etiam si coniurationi indiguerit, sit congrua operi, & terminata coniuratione fiat expediens suffumigium, sicut in Capitulo de suffumigationibus fieri docetur, tenens super suffumigium imaginem condecenter. Dicendo, cum summa attentione.

O tu Rex **Urieus*** [In marg: * Alias, **Oriens**.], qui in oriente regnas & imperas, Cuius regnum & imperium a Domino Deo **Sabaoth** confirmatum est in tempus & tempora donec ipsi placuerit. O tu **Paymon** Rex potentissime, qui in occidente potenter per Dominum Deum **Sabaoth** imperas. O tu **Amaymon**, Rex admirabilis, qui australem plagam sub tuo dominio, per omnipotentem Deum moderaris magnifice. O tu **Egyn** Rex, per Deum viuum & verum mirifice septentrionalem partem sub tuo imperio continens, Vos omnes pariter inuoco & rogo, grado tamen, ut neque Deum meum omnipotentem & vestram ad iracundiam prouocem & vobis Dei omnipotentis honorem impendam, qui solus uniuersa & vos in fauillam redigere potest, & seculum iudicaturus est per ignem. Qui dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt, Cui soli decet honor, gloria, & imperium, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Cum omnia creata cum timore & tremore, iure, proni obediunt. Qui solus vite & mortis

clauem & imperium continet, & omnia nulla necessitate sed sola sua ineffabili bonitate sustinet & in sua esse conseruat. Rogo vos omnes ut propter eum & propter nomen eius ineffabile **Tetragrammaton**, יהוה, **Joth, He, Vau, H.** Et per nouem Celestia Candaria & virtutes earum. Et per signa & nomina Creatoris, ut presentem imaginem quemadmodum [70] conuenit consecretis & confirmetis, per sanctissimum nomen **Adonay** & **Sabaoth**, cuius regnum est eternum, sub quo omnia regna contremiscunt, & sub eius potestate, omnis potestas genu flectit & tremit. Amen.

¶ Hoc facto iterum coniurabis imaginem, coniuratione illa, que in illo experimento continetur. Si tunc in illa hora venerit lshewl [=mulier], repone imaginem sub ceruicale lecti tui, & antequam tres dies transeant mira videbis, quia krxerlb dozvrh [=mulier ad te veniet],[110] aut statim nuntium mittet.

Sequitur alius modus conficiendi imagines

Si vero pingatur imago vel sculpetur in plumbo vel alterius generis metalli, fiat sicut in reliquis dictum est. Et si opportuerit scribere vel pingere aliquid, fiat cum calamo vel stilo, sicut infra precipitur de calamo, stilo & acu, &cetera. Si vero in experimento continetur, ut tangantur nyonkzmb [=mulieres],[111] vel percipiatur in eo ut xfyxsg [=mulier][112] transeat desuper. Vel percipiat experimentum, ut puluis fiat de aliqua re causa dandi vel proijciendi super hnpxg [=ipsam], vel quid comedat aut bibat, fiat cum obseruationibus quemadmodum in nostris capitulum continetur de diebus & horis. Et dicatur super illa re que ad comedendum vel bibendum propinanda est sequens coniuratio. Vz.

In quacunque parte mundi sitis, & quibuscunque nominibus vocemini, Coniuro & contestor vos demones, qui corda subuertendi & mentes hominum potestatem habetis alienandi, & immutandi, per illum qui vos creauit & formauit, vos saluare & conseruare, dissipare & in fauilam redigere, sublimare & humiliare, solus potuit, ut hac nocte cito veniatis, & sine mora cum vestra preeminentia & potestate infundetis & confirmetis virtute perfecta rem istam N. ut vim, virtutem & potestatem veram & perfectam contineat super omnes lshewlyk [=mulieres], quos in wklnwf [=amorem] meum elegero, vel optauerim.

Quo peracto operabis de illa re sicut supra sepe monitum est de diebus & horis conuenientibus in omni re. Deinde subiunde coniurationem sequentem. Videlicet.

Coniuro vos omnes amoris ministros per illum qui vos creauit & <&> in nihilum, si ei placuerit, solus vos redigere valet. Coniuro vos per incomprehensibilem Deum **Elohim gibor**, & per tremendum diem extremi iudicij. Per illum quem vos sicut nos confitemur creatorem & rectorem Cœli, terre, visibilium & inuisibilium, Qui & sicut uniuersa sine necessitate sed sola sua incomprehensibili bonitate condidit & queque in suo esse conseruat, etiam sine reprehensione cuncta (si ei placuerit) in fauillam deducet, nec poterit quisquam in celo sursum nec in terra deorsum, arguens eum dicere ei. Quid fecisti? aut, cur hoc facis. [71] per eundem iterum ac rursum vos coniuro & constringo fiducialiter atque potenter, ut in nocte hac consecretis & confirmetis has figuras, vi & virtute vestra, & figuras & caracteres virtute vestra induetis ut plenam potentiam obtineant ad perficiendam ea que opto. Vz. ut cuicunque illas ostenus fuero, aut cum eis eas tetigero, vel super eas transire fecero, me ardenter diligat atque valde amet, & insuper desiderio feruenti cupiat, post me suspiret & quecunque voluero perficere anhelet, totusque cogitatus & imaginatio eius in amore meo se extendat ad perficiendum amore meo quecunque ab ea expostulauero, cupiat.

¶ Deinde pone experimentum illud per noctem unam sub palio, seu linteamine altaris, quibus ita rite peractis, sub die & hora debita operabis cum ea, sicut optas, & edoctus es. Sed in omnibus & per omnia memento timoris Dei, cui hec omnia displicent, & in diem ire & vindicte omnia tamque potens crapulatus a vino dissimulat, quia nequitia nequissima est.

Si aliquod experimentum cum pomo facer volueris, prepara diem & horam, & habeas pomum sincerum immaculatum & pulchrum, siue alterius generis fructus in manu tua, in loco secreto. Et priusquam de arbore pomum colligas, asperge illum aqua & cum ysopo sicut dicitur in loco suo de aqua & ysopo. Suffumigabis eum etiam suffumigio sicut in suis locis dicitur. Deinde super eum dic sequentem coniurationem.

Domine Deus omnipotens, qui plasmasti Adam & Euam, & constituisti eos in paradisum voluptatis ut custodirent illud & operarentur, precepistique eis

ut de omni fructu comederent, prȩter de fructu ligni vite, Qui & quatuor elementa, Vz. Terram, Aquam, Aërem & Ignem, fecisti ut per illa uniuersa creata vegetarent, & precipue genus hominum, cui & sub pedibus uniuersa subdidisti. Euam autem de costa Ade plasmasti, que astu diaboli de fructa vetito gustauit, & Ade similiter dedit, sicque ambo delinquentes e paradiso eliminati flebiliter omnibus diebus incolatus sui penituerunt. Placeat omnipotentatui tue, ut quacunque vel quicunque de isto pomo (vel fructu) gustauerit, vel cum eo tactus fuerit, compleat voluntatem meam. Te autem pomum (seu fructum) coniuro per nomina **Helya, Hely,** per **Michaelem**, **Gabrielem** & **Raphaelem**, & per dominum Deum qui te & uniuersa creauit, & per incomparabilem virtutem eius. Et per ineffabilia nomina eius. Videlicet, **Jod, He, Vau, He, יהוה, Ioazat, Patyr, Ia, Ia, Ia, Patyr, Va, Va, Va, Iach, Vay, Agla, Anereneton**, per nomina [72] etiam ineffabilia Dei nobis ignota. Per eum qui dixit, Ego sum, qui sum, & hoc est nomen meum in eternum, & hoc memoriale meum, in generatione & generationem, per quem tremunt fundamenta orbis terrarum, & Coeli cœlorum & omnis Cœlestis exercitus, ut qui de te gustauerit, vel de te fuerit tactus, vel te viderit, requiem in corde & animo nunquam habeat donec voluntatem meam impleuerit. Coniuro te etiam per **Gion**, per **Prion**, per **Agaton**, & per omnes demones infernales, ut cuicunque dedero vel monstrauero, vel tetigero de te, statim accendatur igni amoris in me, nec sit requies ei in corpore, corde & animo, donec condescendat voluntati meo, in omnibusque mihi tanquam sibi ipsi complacere anhelet.

¶ Et si aliquid in eo scribere opportuerit, scribatur cum penna, acu vel stilo, ad similia preparata sicut in suis locus habetur, similiter in die & hora constituta sicut scis.

¶ Fiunt etiam alia experimenta amoris, per visum, & occursum, & per inspectionem oculorum mulierum, & munera largiendo, que omnia fieri debent, suis diebus & horis, sicut sepe exposuimus & monemus instanter, sicque operando proculdubio omnia verissime ad effectum duces.

¶ Capitulum septimum qualiter operentur experimenta impetrationis & gratie cuiuscunque rei a quocunque homine vel muliere.

Si experimentum gratie & impetrationis facere volueris, considerandum est cuius qualitatis sit, & si de diebus & horis in eo mentio non fuerit, facias sicut infra exprimitur, de diebus & horis, & reliquis instrumentis ad rem pertinentibus, similiter fiat de suffumigijs & aspersione aque & ysopo. Et si caracteribus fieri debet, siue nominibus, fiat ut infra dicetur. Quum vero parata omnia fuerint, inuoluetur in petiam sericeam mundam, & super experimentum dic sequentem orationem.

Oratio.

> A**donay** sanctissime, omnipotens, pius & clemes. **El** potens & incomparabilis maiestatis. Tu es qui es, & preter te non est alius omnipotens, **Alpha & ω**. Per tuam immensam misericordiam & pietatem, exaudi nos. Qui dixisti. Petite & dabitur vobis, Pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & querit inuenit, & pulsanti aperietur. Presta nobis ut in virtute tua hoc experimentum sanctificetur & consecretur & perficiatur, Emitte de sede sancta tua quem missurus es, qui hoc experimentum perficiat ut per illud consequi valeamus que optamus. Qui cum Deo patre in unitate Sanctispiritus viuis & regnas, Deus per omnia secula, &cetera.

¶ Hoc facto, pone sub pallio altaris experimentum, & per diem unum & noctem ibidem permaneat. Quandocunque autem volueris ab aliquo petere [73] gratiam vel impetrare aliquid, accipe breue, vel experimentum tuum inuolutum panno serico in manum tuam, & accede ad quem volueris, & fiducialiter cum audatia pete ab eo, hora & die quoque si possibile fuerit, si secus sit ad minus hora debita, quacunque volueris, & nec repulsam patieris, nec negabit petita adorsus. Verumtamen in quodcunque breue vel experimentum, nec non ad quamcunque coniurationem dicatur vel scribatur sequens carmen. Et efficatius foret si presentem quadratam sicut hic continetur depingeres tabellam.



[figure]

Sequitur Carmen.

S**ator, Arepo, Tenet, Opera, Rotas, Iod, He, Vau, He, Iach, Ia, Ia, Ia, Ia, Ae, Payas, Ioazat, Anethon, Anereneton.** Per ista nomina sancta Dei consequor vota mea. Nomina sancta Dei, implete desiderium meum. Caspar, Balthasar, Melchior, Abraam, Isahac, Iacob, Sydrach, Misach, Abdenago, Matheus, Marcus, Lucas, Ioannes, Gyon, Phison, Tygris, Eufrates. Adestote in adiutorium meum omnes, ut a quacunque creatura quicquam si postulauero obtineam, in veritate sine repulsa, per vos omnes, in virtute vestra a Deo creatore omnipotenti vobis clementer collata. Amen. Fiat. Fiat. Fiat.

¶ Capitulum octauum, cuiusmodi fiant experimenta odij & inimicitie, Discordie & separationis.

Experimentum, odij, destructionis & separationis, eque inimicitiarum & rixarum fit diuersimode. Si cum imagine fuerit vel alterius qualitatis extiterit experimentum, & dies & hora in eo expressum non fuerit, necessum erit ut ad nostre clauicule monimenta recurrat, hauriens inde omnia supplementa, & sic faciat imaginem sub debito die & hora, cum instrumentis & suffumigationibus requisitis, atque cum ysopo aquam aspersione. Quibus rite expletis super imaginem seu experimentum paratum, cuiuscunque qualitatis seu generis existat,

cum summa attentione sequentia verba super completum experimentum dicat. Videlicet.

> **Arator, Lapidator, Tentator, Somniator, Seminator, Subuertor, Peruertor, Aquator, Siccator, Sudator, Combustor,Dissipator, Conuersor, Peruerson, Ductor, Seductor, Deuorator, Insidiator, & Stupefactor.** Vos omnes complices & socios ac ministros, odij, sussurronis, inimicitiarum, discordiarum, dissipationum, destructionum & omnium malorum seminatores & incitatores, [74] qui similia opera libenter & prono animo facitis, & non minima cura est vobis sponte, oportune & importune patrare, ideo ad hec facienda non expedit vos coniurare. Attamen quomodo cunque res se habeat, vos valde deprecor, ut potestate a Deo vobis (non sine causa) concessa administretis, & in virtute vestra consecretis & confirmetis presentem imaginem (seu experimentum,) ut perfectum odium & dissidium faciat inter N. & N. Hoc nec minus vos obsecramus, ut quam totius hoc faciatis, per tremendum trinum & unum omnipotentem Deum Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum, ac per totius Celestis curie virtutes. Quibus post Deum obedientiam & reuerentiam debetis. Amen.

¶ Deinde pone imaginem ubi perfundetur fetido & horribili odore, tam loci causa quam suffumigij additione per integram noctem, & sic erit rite parata imago. Et quando ea uti volueris, cura habere diem & horam. Quod si dies opportunus non fuerit, sit hora tantummodo ad minus. ¶ Et si experimenta talia fuerint cum caracteribus, vel nominibus, vel ut tactu fiant, vel verborum vi, vel cuiuscunque alterius generis potestate, expedit quoque ut dies & hore obseruentur, sicut supra prelibatum est. Quod si ultra quid deffuerit, prospice, qua in capitulum secundi libri huius Clauicule monentur. ¶ Si autem per breue tale experimentum foret fieri, scribantur in calce experimenti supradicta nomina, Videlicet, **Arator, Lapida**, &cetera, deinde faciat reliqua ut supra.

¶ Si vero experimenta fuerint comestibilia, ut dissidium oriatur inter mutuo se amantes. Accipe qua danda sunt ad edendum die & hora debita, & cum rite preparata coram te ea habueris. Dic.

> Ubi estis, **Seminator, Arator, Lapidator, Tentator, Deuorator**, & **Seductor**, seminatores discordiarum. Et ubi est **Oditor**, odium ponens, & Rector discordiarum. Arreptores seu Aptatores & instigatores inimicitiarum & seminatores male voluntatis & inimicitiarum perduratarum.

> Rogo & valde vos deprecor, per illum qui vos ad hoc ministerium constituit, vero & secreto iusto iudicio, cum & libenter hoc etiam exequimini sine instigatione, in talibus quoque mirabilibus gaudentes exultamini & plaudetis. Ideo vos denuo per eundem Dominum Deum omnipotentem, & per dominum preceptorem vestram & Principem potentem, deprecor, ut illum N. vel illam N. qui de hac re comederit, cogatis eum, vel eam, Vel qui vel qua ea tactus, vel tacta fuerit, ut in excessiuum odium alterius incidat, ita ut neque aliquo pacto ei reconciliari valeat, vel concordari vel in gratiam recipere cunctis diebus vite sue. Denique dabis singulis se amantibus de hac re ad comedendum hora ad minus debita, si dies simul esse non potuerit.

[75]

¶ Experimentum etiam destructionis, colligitur ex capitulis primi & secundi libri huius clauicule, qua re ad illa recurrendum est. Et semper opportet predicta verba in calce experimenti.

¶ Capitulum nonum de experimento Ludibriorum.

Fiunt etiam experimenta Ludibria & derisoria diuersimode, Itaque cum volueris componere aliquod experimentum trufatorium, & eo inuento, aptabis eum sicut opportet ad diem & horam expedientem, sicut in omnibus prelibatis capitula diffuse tractatum est. Quere tamen in supra dictis coniurationibus, coniurationem conuentiorem ad hunc & tuum propositum, cui finaliter adde sequentia, Vz.

> Coniuro vos omnes spiritus prenominatos per omnia predicta sacra nomina & signa, ut cito mihi, vel puero isto, aperte rem istam quam querimus ostendatis.

Tunc statim & incontinenter monstrabunt spiritus quod optas. Verumtamen, priusquam ista facias, Exorcizator sit presens & coram puero, & in omnibus se habeat sicut supra & infra de Exorcizatore & de socijs legitur. Si vero experimentum indiguerit caracteribus, fiant sicut supra in alijs experimentis diffuse enodatum cernitur, precipue in capitulo de furto recuperando tractatur, cum cerimonijs requisitis, plene.

¶ Capitulum decimum de experimentis extraordinarijs.

Extra ordinaria experimenta sunt, velut, ad ligandum aliquem ne cum uxore sua, vel alia muliere concubere queat, & econuerso, ne quis cum muliere ex omnibus concubere valeat, Fiunt & experimenta, concordie, ac innumerabilia diuersimode. Vz. Per

imagines, breuia, caracteres, & comestiones & potabilia. Que omnia opportet fieri suis diebus & horis competentibus, sicut sepissime in prefatis experimentis explicatum cernitur. Que autem per breuia fienda sunt, scribantur in membranam virgineam, cum penna & atramento ad similia deputata, sicut in suis locis infra notantur.

¶ De experimentis autem extraordinarijs ad bonum declinantes, cuiuscunque generis existant, dicatur subannexa Oratio.

Deus qui in omnipotentia tua cuncta plasmasti, & dotasti nos discretione Diuina ad discernendum bonum & malum & ad eligendum potiora & abijcere praua, solummodo hominem nobilitasti libero arbitrio, & capacem glorie tue, si in tuis permanserit fixus mandatis. Te humiliter deprecor, per admirabile & sanctum nomen tuum quod septuaginta describitur litteris, & qualibet earum continet & exprimit unum de sacratissimis tuis nominibus, Vz. **Faf, Saa, Hhli, Iheni, Pati** vel **Paturi, Idas, Abgor, Ingran, Spirlassa, Poysi, Ioazatan, Fuereym, Toror, Taym.** Alibi habetur sic. **Sopesaym, Hhhihem, Patir,** [76] **Roasbigit, Tugram, Spiril, Asay, Ayos, Ioazatan, Tireneym, Toyorzatoy**. Concede nobis ut hoc experimentum per te in manibus verificetur & confirmetur.

Et iterum scribatur & in fine dicatur super experimentum Euangelium, Vz. In illo tempore. Ductus est Iesus in desertum. Math. Capitulum 4° Dicto Euangelio, operabis hora debita & die opus tuum sicut edoctus es. In experimentis autem ad patrandum mala potius quam bona, Omnibus dispositis, dicatur super illud, siue scribatur in eo sequens carmen, Videlicet.

Nasua, Nocida, Adich, Oua, Sem, Nassay, Passa, vel **Iassa, Haspasy, Yerosolimitanita** & **Contes. Coprehayos** vel **Triophates, Bussyl,** vel **Syl, Cauganden, Insion, Suental, Tritabues, Enosbratas, Incarin, Arboy, Arfusa, Asocari** vel **Asecari**, Seminatores omnium malorum Adestote in adiutorium nostrum, ita ut per vos in veritate consecretur & confirmetur experimentum nostrum. Et virtutem quam in se scriptam continet, veraciter obtineat. Per sanctissimum thronum & sedem Dei altissimi **Adonay Sabaoth**, & per timorem eius qui sine fine viuit & regnat in inaccessibili maiestate perfecta, in trinitate & unitate, ante initium, ab initio nunc & in eternas perpetuetates. Amen. Fiat. Fiat. Fiat.

Deinde suffumiga breue & asperge illud cum aqua exorcizata & ysopo, in nomine illorum pro quibus tale opus operatur, &cetera. Postea operatur cum eo die & hora debita, sicut expedit in experimentis extraordinarijs, bonis & malis. Et sic sumit hic finem primus liber Clauicule Salomonis Regis Israel.



[figure of magic circle: ...ya [hexagram]: abaout, Adonay*.*

[hexagram]: taetxy *... [hexagram]:* el, on *,"*Ais. Ya*.]*

¶ In alia clauicula inueni circulos huiusmodi, & complacuerunt mihi potius quam qui in ista clauicula superius sunt ennarrati, quia facit superius mentionem de quatuor pentaculis, & non sunt. Et hic inseruntur quatuor, sicut patet intuenti.

[77]

Hoc opusculum Patris mei Salomonis secundus foeliciter incipit. Et in eo fit complementum primi, & sic bipartitus est, ut nec primus sine secundo, nec secundus sine primo complementum artis preseferat. Ideoque in isto tractabitur quid expediat ut promissa primi sortiantur effectum & sic lector vel operator ascendat culmen veritatis & mente compos fiat. Et sicut cautum in primo cernitur, moneo in secundo, ne in manus incidat insipientium hoc admirabile arcanum. Qui enim illud possidet & memorie commendauerit, proculdubio omnium artium fallacias diudicabit, & experimenta rectificabit, quia nulla ars vel experimentum cuiuscunque generis sit ad optatum effectum sine adminiculo huius deducitur. Est autem & Clauis eius, ut quicunque eius abdita adire anhelauerit, ut ante omnia sit Deum timens & amans, sit castus, mundus, secretus, discretus, verax, Iustus, pius, misericors, & amans proximum suum, & sic per hanc artem nullum fomitem nocendi alicui exhauriet, alioquin Deo & hominibus exosus & abominabilis prodibit, & tandem turpissime in peccatis suis moriens ad tartara descendet cum impijs eternaliter ignibus inextinguibilibus cruciandus. Impium etenim est credere, ut Deus & ministri eius Angeli autores, mali, iniquitatis & impietatis existant. Permittit tamen Diuina dissimulatio, quod nemo impune facit. Etenim veritas ait. Necesse enim est ut scandala veniant, verumtamen vę homini illi per quem scandalum venit. Redeo unde digressus sum, Qui enim, ut super monetur immaculatam ducit vitam, inter innumerabilia bona que sibi vindicabit, acquirit quatuor virtutes. Iusticiam, Temperantiam, Prudentiam & Fortitudinem. Habilis etiam erit rimari Diuina mysteria, & quicquid sub sole est. Multa etenim hominibus peruia non sunt propter incredulitatem insipientium & archanorum detegentium, & villipendentium mysteria Diuina, & terrena, hominum etiam sapientiam bonorum floccipendunt, Musce enim morientes, perdunt suauitatem unguenti. Ambulant enim in tenebris, tepidi in fide, in charitate algidi, in fraterna societate insipidi, sine quiete & pace. Superbi & mendaces, quibus nulla fides adhibenda est, & demum quis eorum secordiam ennumerabit. De his sapiens ait. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit. Itaque concludendum est, ne quis tam obtenebratum habeat iudicium & mentem obtusam, ut in insipientia sua presumat in [78] tantum insanire, ut has, proijciat ante porcos margaritas, & conculcent eas pedibus. Et hec paucula prudenti & Deum timenti, pio lectori sufficiant. & nunc in nomine Domini fauste prosequamur intentum secundi libelli huius Clauicule Salomonis.

¶ Elenchus Capitum secundi libri Clauicule Salomonis.

¶ In primis tractatur de horis competentibus ad omnia experimenta rite complenda, folio 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85.

¶ Secundo, qualiter Exorcizator se habere debet, ne inertia sua vel negligentia crassa seipsum & omnia confundat, folio 86.

¶ Tertio, tractatur de sodalibus magistri, quomod in omnibus magistro exorcizatori obedire debent, &cetera, folio 88.

¶ Quarto, fit mentio de ieiunio, quod omne opus precedere debet, necnon & de custodia per omnia, folio 89.

¶ Quinto, de Balneis quomodo preparentur, & de indumentis, et calciamentis, &cetera, folio 91.

¶ Sexto, iterum complete dicitur de dictis vestimentis, & calciamentis, folio 92.

¶ Septimo,[113] de Cultello, Ense, Artauo, Lancea, Baculo & Virga, folio [].

¶ Octauo, qualiter ducantur & construentur circuli, & quomodo intretur in eos, folio [+94].

¶ Nono, de suffumigijs & singulis speciebus ad eos spectantia in omni opere, folio [+97].

¶ Decimo, de aqua exorcizata, & de Ysopo, qualiterque cum eis incedendum in omni operi sit, folio [+98].

¶ Undecimo, de lumine & Igni, & reliquis requisitis ad omnia experimenta, folio [+99].

¶ Duodecimo, fit diffuse sermo de omnibus pręceptis artium & experimentorum, folio [].

¶ Tertiodecimo, de penna siue calamo, de incausto siue atramento & alijs coloribus necessarijs, folio [].

¶ Quartodecimo, de sanguine vespertilionis & usu eius, necnon de sanguine aliorum animalium, folio [].

¶ Quintodecimo, de carta pecorina, siue virginea, qualiter fiat, & ad que conducat, folio [].

¶ Sextodecimo, iterum de penna siue calamo, incausto siue atramento cum quibus scribuntur experimenta, folio [].

[79]

¶ Decimoseptimo, de compositione cerę & terrę, quandoque in experimentis valde conducentibus, folio [].

¶ Decimo octauo, de acu & stilo, de eorum quoque compositione / & usu in experimentis, folio [].

¶ Decimo nono, de carta membrana vel Gossipina alias bombacina, quomodo preparentur, folio [].

¶ Vigesimo, de ratione & compositione caracterum, & qualiter conscribendi sunt, folio [].

¶ Vigesimo primo, qualiter penna Yrundinis quandoque admodum necessaria in experimentis requiritur, folio [].

¶ Vigesimo secundo, de panno siriceo vel lineo, in quo, vel quibus consecrata instrumenta vel experimenta conduntur, folio [].

¶ Vigesimo tertio, Epilogus omnium in primo & secundo libro contentorum, folio [].

Admodum breuis peroratio.

Quia in primo libro exposui, quibus diebus & horis expediat preparare & facere experimenta queque. Nunc opere precium erit, ut cum omnia preparate fuerint, qua hora conuenienti fieri debeant enucleare. Siquidem, si aliqua res vel experimentum ad loquendum cum spiritibus vel ad cohercendum eos fuerit preparatum. Quacunque die vel hora fuerint ordinata vel preparatum, sicut in illa arte vel experimento exprimitur. Expedit ut ars illa operetur in die mercurij & eius hora in aurora eiusdem diei, aut hora secunda vel tertia, aut octaua noctis secundum successum planetarum, quia hore planetarum qui & temporales nuncupantur nusquam cum equinoctialibus vel usualibus per totum annum coequantur preter in equinoctio vernali & autum[n]ali precise, & sic computando hora octaua temporalis die mercurij in utroque equinoctio de nocte est nocturna tertia & mercurij, similiter ijsdem temporibus post mediam noctem hora decima temporalis est mercurij, & incipit secundum horarum usualium computum hora tertia media nocte elapsa. In his nocturno tempore poteris operari experimenta queque, & complere. Dummodo sint preparata experimenta diebus & horis competentibus, similibus, sicut sepe supra inculcatum cernitur. Et melius est similia nocturnis temporibus quam diurnis exerceri, propter scandala que inde oriri possunt, quamuis elegibilius & omnimode prestantius in die foret, si ubi nullus aduentaret occulte fieri posset, & inibi & preparare & cuncta rite compleri.

[80]

¶ Capitulum primum tractatur de omnibus experimentis de quibus in primo libro frequenter citatio facta est, quibus temporibus, lunationibus, diebus & horis, etiam planetarum dominio fieri conueniat. Et semper priusquam quicquid operandum sit consultet se de cum

sequente capitulo, alioquin inficias ibit quicquid attentauerit.

Ad furta vel furata aut quacunque fraude vel dolo ablata recuperatri, quum experimentum paratum rite fuerit, tunc oportebit, ut operetur hora Lune in quocunque die reperiatur, in die fiat a propria hora usque ad quartam eius complementum. De nocte vero a prima usque in octauam fiat eius expeditio.

¶ Experimenta inuisibilitatis, debent operari & compleri, hora prima, secunda & tertia Martis. Hoc est tam in die quam de nocte ab hora prima usque in tertiam. ¶ Vide infra valde notanda, folio 114°, linea 10^m^.

¶ Experimenta, amoris, & gratie impetrationis, compleri debent a prima hora solis usque ad vigesimam tertiam solis. Et a prima hora Veneris usque ad secundam. Hoc est, si prius experimentum rite preparatum fuerit sub suo die & hora, sicut in primo libro habetur.

¶ Experimenta odij & discordie, cuiuscunque sint qualitatis, erunt vera si preparata & ordinata fuerint, a prima hora Saturni, & tertia, & sextadecima, in die. De nocte vero, a prima usque in octauam.

¶ Experimenta ludibriarum, si preparata fuerint ut supra in primo libro continetur. Compleantur hora Veneris, prima & secunda, in die. De nocte vero, a prima hora usque ad duodecimam vel quintamdecimam.

¶ Experimenta, Extraordinaria cuiuscunque specie reperiantur preparata perficiantur hora Iouis, prima, secunda, quarta vel decima in die. Et nocte a prima hora usque in octauam.

De artibus Magicis, nota.

¶ Artes Magice operantur cum suis experimentis de mirabilibus mundi, sicut in paruulo opusculo sub titulo Alberti magni undique valde deprauatum vicio scriptorum circumfertur, quando luna est par cum sole, id est.

Quando sol reperitur in signis igneis, Vz. Ariete, Leone, vel Sagittario. Exempli causa. Si sol in uno dictorum fuerit repertus signorum, expedit, ut Luna quoque reperiatur ibidem, quod si in eodem gradu, multo efficatius, verumtamen si fieri non potuerit, sufficit ut in uno & eodem coeant signo. Hoc est autem plurimum aduertendum, ut Luna augeatur lumine. Dicitur etiam quod in primo congressu & eadem hora, Lune cum sole fiat.

¶ De Lunationibus ad omnia experimenta.

Experimenta inuisibilitatis cum preparata fuerint, opportet ut Luna [81] reperiatur augens lumen, in piscibus, cum predictis obseruationibus.

¶ Experimentum amoris, & gratie impetrationis, cuiuscunque generis sit, preparatum iuxta omnium predictorum ordinem, expedit ut addente lumine Luna sit in geminibus vel virgine.

¶ In experimento odij, discordie, dissidij, & separationis, cum iuxta tenorem omnium predictorum preparatum fuerit. Luna debet esse in geminibus vel Capricorno, & in principio combustionis.

¶ Experimenta quoque ludibriarum, cum obseruatis obseruationibus prę̨nominatis, conuenit omnino, ut Luna sit in Aquario, vel Leone, aut in Tauro, & crescens lumine.

¶ Perquam necessaria doctrina & monitio optima. Capitulum j.

Quia difficulter (si Astronomus non fueris) poteris obseruationes horarum planetarum seu temporalium, Planetarum quoque dominantia & cursus. Luneque coitus & etates, inuenire, quamuis facilima sint, ne sine fructu tristis abeas. Scias, si fide non hesitaueris, sancte, caste & immaculate erga Deum te habueris, & proximum tuum minime leseris, proculdubio, sine predictis solemnitatibus & obseruationibus, inconcussa fide, omnia quacunque die & hora operando ad optatum effectum deduces, quia credenti & nihil hesitanti, nihil impossibile est, sicut nos experientia dietim docet. Tu autem quicunque fueris, & hanc artem exerceri desideraueris his admonitionibus fretus, fide perfecta, elige quod malueris, in nomine Domini.

Iterum te admoneo, quod cum preparata & ordinata fuerint experimenta aliqua, sicut supra diffuse cautum est, si eo uti, vel illud expere volueris, Caue solerter ut tempus sit serenum, mansuetum, placabile, sine aura, vel turbine, sine aëreorum vel ventorum flatu, sed quietum, Quia si adiuratus spiritus fueris, ad quecunque volueris, & tempus sicut modo taxauimus, sedatum fuerit,* [In marg: *mente compos ibis.] sed econerso, tunc manifeste scias, quod quantumcunque vel qualitercumque coniurati / venire non poterunt, quia spiritus cum carnem & ossa non habeant, leuissimo venti flatu, vel tenuissima aura euanescunt, quia spiritus ignotis & tenuissimis ac purissimis materialibus, immo & impalpabilibus creati sunt. Quidam incomparabili pulchritudine prediti quamuis cum ceteris immateriales. Quidam vero de splendore igneo. Quidam aërei. Quidam terrei. Quidam de nubibus. Quod si spiritus, quis, pulchritudine preditos aduocauerit, apparebunt exorcizatori, pulcherrimi & placabiles. Si quando aduocauerit spiritus igneos, vel splendore igneo fulgentes, veniunt terribiliter corruscantes, flammifferi atque fulgurantes. Si veri conuocauerit spiritus [82] Aereos, veniunt cum ventorum maxima turbine & vehementi commotione. Quod si aqueos vocaueris spiritus, veniunt cum maximo imbre ac pluuia & sonitu aquarum, grandine quoque & tonitruis vehementibus, &cetera. Qui si adiurauerit spiritus

terreos, veniunt horribiles, cum magna commotione, fragore, terre motu, & lapidum concussione, & horribili forma. Et quando adiurauerit spiritus de natura nubium, veniunt in turpissima forma, fragore, sonitu & rugitum maximum edentes. Quando vero solares, idest de natura solis aduocauerit spiritus, veniunt in forma clarissima, fulgidi & lucidi, valde timorem incutientes, & docti. Et de istis & alijs enumeratis per Salomonem in libro dogmatum & coarctationum dicitur, quod cum conuocati se visibiles offerunt, veniunt speciosi, ornatis & preciosis vestimentis induti, lęti & gaudentes, venustate humana prediti, quamuis aerei & inpalpabiles, & hanc ob causam (sicut pręlibati sumus) cuiuscunque sint conditionis, vocati, cum elementales sint, apparere nequeunt, si tempus & aura spissa fuerint, nebuleue, aut flarent venti.

¶ Scias etiam, quod Spiritus aerei sunt Orientales. Spiritus vero ventosi & de natura nubium sunt meridionales. At spiritus aquosi, occidentales dicuntur. Omnes vero spiritus pulchri, speciosi & venustate prediti, septentrionales vocantur.

¶ Opere precium est non ignorare, quod eligibilis, melius, ac prestantius esse, si experimenta pararentur versus orientem, quam alibi, quia plaga illa ceteris mundi plagis prestat.

¶ Experimenta Borxow [=Amoris],[114] & alia extraordinaria, efficaciora comprobantur, ordinata & parata versus Septentrionem. ¶ Etiam scias, quod si semel unam experientiam vel experimentum, aut artem cum omnibus prelibatis cerimonijs compleueris & bene conseruaueris, secundo vel amplius non indigebis, reiterando illud cum pertactis ceremonijs operari, nisi quocunque die & hora sine solemnitate prius habita. Quod si experimentum inefficax euaserit, scito illud falsum extitisse, aut certe, te debitum ritum & necessariam formam operando illud non obseruasse, vel aliquid in eo scite vel negligenter prętermississe. ¶ Iterum non te pretereat hoc primum capitulum, cum sequenti secundo, esse clauem & substantiam totius Clauicule, & in eis pendunt omnia experimenta & energia omnium artium, nec sine istis quicquam complebitur, ideo semper pre oculis & manibus habenda sunt.

¶ Sequitur admodum necessaria additio, instrumenti generalis, ad sciendum omni tempore die & hora, horam.

[83 is missing.]

[Instrumentum generale horarum usualium ac temporalium.

{....}

Figura generalis horarum ęquinoctialium & temporalium.

[84 is missing.]

{....}

Tabule quantitatis dierum ac noctium.][115]

{....}

[85]

Tabula quantitatis dierum.[116]



Tabula quantitatis dierum.

Sig. austr.	Sig. borea / Polus	46		47		48		49		50		51		52		53		54		55		Sig. borea / Polus	Sig. austr.
	24	6	39	6	41	6	42	6	44	6	45	6	47	6	49	6	50	6	52	6	54	6	
	27	6	44	6	46	6	47	6	49	6	51	6	53	6	55	6	57	6	59	7	1	3	
♏	♉	6	49	6	50	6	52	6	54	6	56	6	58	7	0	7	3	7	5	7	8	♍	♓
	3	6	53	6	55	6	57	6	59	7	1	7	4	7	6	7	9	7	11	7	14	27	
	6	6	57	7	0	7	2	7	4	7	7	7	9	7	12	7	15	7	17	7	21	24	
	9	7	2	7	5	7	7	7	9	7	12	7	15	7	17	7	20	7	24	7	27	21	
	12	7	7	7	9	7	12	7	15	7	17	7	20	7	23	7	26	7	30	7	33	18	
	15	7	11	7	13	7	17	7	19	7	22	7	25	7	28	7	32	7	35	7	39	15	
	18	7	15	7	18	7	21	7	24	7	27	7	30	7	34	7	37	7	41	7	45	12	
	21	7	19	7	22	7	25	7	28	7	31	7	35	7	39	7	42	7	47	7	51	9	
	24	7	23	7	26	7	29	7	32	7	36	7	39	7	43	7	48	7	52	7	56	6	
	27	7	26	7	29	7	33	7	36	7	40	7	44	7	48	7	52	7	57	8	2	3	
♐	♊	7	30	7	33	7	36	7	40	7	44	7	48	7	52	7	57	8	2	8	7	♌	♒
	3	7	33	7	36	7	40	7	44	7	48	7	52	7	56	8	1	8	6	8	12	27	
	6	7	36	7	39	7	43	7	47	7	51	7	56	8	0	8	5	8	10	8	16	24	
	9	7	38	7	42	7	46	7	50	7	54	7	59	8	4	8	9	8	14	8	20	21	
	12	7	40	7	44	7	48	7	53	7	57	8	2	8	7	8	12	8	17	8	23	18	
	15	7	42	7	46	7	50	7	55	7	59	8	4	8	9	8	15	8	20	8	26	15	
	18	7	44	7	48	7	52	7	57	8	1	8	6	8	11	8	17	8	23	8	29	12	
	21	7	45	7	49	7	54	7	58	8	3	8	8	8	13	8	19	8	25	8	31	9	
	24	7	46	7	50	7	55	7	59	8	4	8	9	8	14	8	20	8	26	8	32	6	
	27	7	47	7	51	7	56	7	0	8	4	8	10	8	15	8	21	8	27	8	33	3	
	30	7	47	7	51	7	56	7	0	8	5	8	10	8	15	8	22	8	27	8	34	♋	♑
	g.	hō.	mi	hō.	mi	hō.	mi	hō.	mi	hō.	mi	hō.	mi	hō.	mi	hō.	mi.	hō.	mi	hō.	mi.	g.	

[Tabula]

Presentis Tabule quantitatis dierum & noctium enodatio.

¶ Accipe gradum Solis e directo in columnula, que gradibus polaribus subijicitur, & patebit quantitas temporis semidiurni, in horis & minutis suis, si sol in quopiam signorum borealium decurrerit. Aut quantitas temporis seminocturni, si in australi aliquo fuerit. Quod tempus seminocturni e duodecim horis subtractum relinquat quantitatem temporis semidiurni. Semidiurnum autem tempus duplicatum, totum tempus diurnum, diem vz. artificialem ostendet. Preterea quantitas diei

ex 24 horis ablata, quantitatem noctis relinquat. Quod si gradus solis in alterutro extremorum tabule non appareat, animaduerte duos iuxta eum viciniores. Nam penes situm eius ad illos proportionaliter coniectando elicies quantitatem temporis seminocturni, aut diurni mediam quodamodo inter duas quantitates dierum duobus illis vicinioribus gradibus correspondentes. Porro semidiurnum temporis patefacit qua hora sol occidit. Sicut & seminocturnum tempus, ortum solis declarat. Opere precium enim fuit, ut post instrumentum generale horarum temporalium ac vusualium, idest a meridie, presens tabula subijceretur, pro situatione almuri in instrumento.

[86]

¶ Capitulum secundum, qualiter Exorcizator se exhibere debet.

Operator artium seu experimentorum, primo debet preponderare cuiusmodi artem seu experimentum intendat facere, & cum deliberatus fuerit, scribat seriatim totum experimentum tanquam memoriale in cartam aliquam, ne cum in opere pręoctupatus, quid postergat, vel obliuioni, aut incurie vicio obmittat vel reiteret viciose. Similiter, siquid est sculpendum, pingendum, caracterizandum in cartamque virgineam exarandum, vel quodcunque aliud experimentum faciendum, prius ad amussim & exacte preparetur. Animaduertat nec minus, ut in predicto memoriali specificet diem & horam operandi, similiter relique requisita, quatenus in initio operis in medio aut expeditione perturbatum & confusum inueniat. Locum in quo operaturus est habeat condecenter mundatum & expiatum. Demum omnia sic preuisa, introeat suum sequestratum conclaue, ubi nulli scitus aut conspicuus sit, rumore quoque & tumultu quarumcunque expers, aut leuissimo impedimento, & inibi exuat se vestimenta omnia, & in balneo aut aqua exorcizata, sicut infra citatur, se lauet, fundens aquam super caput, & inde ad pedes decurrat, interimque sequentem dicat orationem.

> Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui in Iordanis alueo a Ioanne baptizatus, tuo baptismo sanctificasti aquas nostri baptismatis. De tuo quoque latere lancea perforato, sanguis & aqua distincte manauit, in remissionem peccatorem nostrorum. Te humiliter deprecor, qui tua amarissima passione, in tuo sanguine & despectissima morte mundum redemisti, ut me in immensa misericordia tua laues ab omni inquinamento corporis & anime, & benedicere digneris aquam istam & sanctificare undam, ut ea perfusus, caream omni nequitia & inquinamento corporali et spiritali, & in virtute tua nullus, visibilis aut inuisibilis ad nocendum vel qualitercunque leue terrendum, inimicus appropinquere valeat, mihi vel sodalibus meis. Qui viuis & regnas, cum Deo patre, &cetera.

Omnipotens & misericors Deus totius maiestatis & ineffabilis bonitatis. Qui unigenitum filium tuum, dominum nostrum Iesum Christum, voluisti a Ioanne in Iordane baptizare. Concede in immensa bonitate tua, ut aqua ista per te sit sanctificata, & tua virtute munita, ut ea baptizatus & lotus, sim in nouum hominem mutatus, sanctificatus & mundatus de omnibus peccatis meis, quatenus inimicus humani generis nullum sibi in me inueniat, nunc & semper & in hora mortis mee locum seu partem. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in unitate spiritussancti Deus, P. &cetera.

[87]

¶ His dictis, lauabis totum corpus tuum, & induas te vestimentis lineis, mundis & candidis, & ad minus tribus diebus ab omni illicito & immunditia te abstine, &c. Sicut in capitulo de ieiunijs continetur. [In marg: folio 89, li. 21.] Et ijs tribus diebus, quater qualibet die dicat sequentem oratione, summo mane semel, hora tertia, secundo, hora nona, tertio, & circa occasum, idest hora completorij quarto. Quum autem dormitum iuerit recitet illam quinquies.

Abraxio vel **Ablasio, Asacich, Asah, Radrimullas, Filac, Anabonas, Binam, Bomblem, Ladodoch, Atazal, Cephire, Ponti** vel **Pani, Arinchata, Baruchata, Adonay, Eloy, Emagro, Abraxio, Athedic, Brathiel, Barach, Spanul,** vel **Samamul, Melchadac, Cray, Ely, Aya, Amistra, Ughima, Mathca, Dauid, Dama, Damya, Yarael,** vel **Rachiel, Hehel, Hemon, Segen, Gemas, Iesus, Deus, Deus,** Concede mihi perseuerantiam in opere meo & effectum desideratum in intentione mea. Et per te **Adonay**, qui solus omnipotens es, & sine tuo nutu quicunque fieri potuit in Celo sursum, nec in terra deorsum, Te deprecor ut mihi concedas adimplere in virtute tua, que pre manibus habeo & incipere volo, Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat, &c.

¶ Transactis tribus diebus, incipiat preparare artem seu experimentum quam vel quid facere decreuisti. Debent isti dies esse serenissimi a turbine aëreorum & ventorum omnino immunes, similiter & dies operationis, expectet & precise horam quam experimentum requirit, quum autem inceptum sic fuerit perseueret omni hora in eo donec compleat opus suum, & sic perueniet procu[l]dubio ad optatum effectum, alioquin incassum ibunt omnia.



[figure]

¶ Exemplum trium extimorum peripheriarum. Habeo 2 dies martij, cui addo 6 sub eo, et erunt 8 quibus addo xiij radicis, & aggregatio erit 21 gradus ♓. Pari modo facio 11 die quibus adiungo 6 & erunt 17 & additio radicis facit 30 vz. ultimus gradus ♓. Similiter die 16 sic incedendo. Vz. cum 16 & 6 cum xiij radicis habeo 35 quibus subduco 30, & remanent mihi 5 gradus ♈ in quibus ☉ illo die reperitur.

Radix xiij.

[88]

Capitulum tertium qualiter socij magistri se habere debeant.[117]

Exorcizator & magister artium siue experimentorum quando aliquid operare voluerit, primo, solicitus esse debet de collegis seu socijs quos secum habere opportet in omni arte vel experimento, quod per circulum operare intendit, siue unus, duo vel tres sint. Quod si nullum admiserit, saltem canem secum in circulo ligatum habeat. Si vero socios elegerit, ad plenum eis suum intentum & mysterium detegere debet, ipsi quoque promittant, seque iuramento constringant suis iussionibus obtemperare & irrefragabiliter obseruare & nulla necessitate compulsi ad dexteram siue ad sinistram se declinaturos, alioquin tam ipsius, quam magistro magnum periculum

imminaturum non dubitent. Quum vero sic instituti, sponsionibus firmissimis se constrinxerint, Magister accipiat aquam exorcizatam, & cum eis introeat conclaui secretissimum, seu cameram exorcizatam, & expoliet eos, vel ipsi seipsos omnibus indumentis suis, & fundat super capita eorum aquam benedictam sicut supra & infra continetur, ita tamen ut a capite per totum corpus unius cuiusque ad pedes usque decurrat. Et dicat.

> Renouati, mundificati & baptizati sitis. In nomine Patris & Filii & Spiritussancti, Amen, & liberi ab omnibus peccatis vestris, & virtus altissimi descendat super vos, & in vobis maneat semper, ut pariter implere valeamus desiderium nostrum, in operibus nostris. Per eundem dominum Deum omnipotentem, trinum & unum, Patrem & Filium & Spiritumsanctum. Qui viuit & regnat Deus incomparabilis, Per omnia secula seculorum. Amen.

Post hec induant se discipuli vestimentis suis. Exuendo autem & induendo se, faciant omnia sicut supra & infra de balneis habetur. [In marg: fol. 91, li. 23.] Animaduertat etiam magister, ut omnia ista fiant per triduum antequam quicunque operis incipiat. Quando vero aliquid incipere & implere disposuerit, & impletum fuerit, habeat ante omnia preparatum balneum nouum, sicut infra de balneo habetur. [In marg: 91, li. 23.] Et eadem hora compleant omnes solemnitates & cerimonias experimenti seu artis. Et per triduum tam magister quam discipuli se ie[i]uinijs & bonis operibus exerceant, deinde incipiant.

¶ Et si magister vellet habere Catulum vel Canem pro socio. Primo baptizet eum aqua exorcizata, sicut supra dictum est de aqua. Deinde suffumiget eum & coniuret eum sic dicendo.

> Coniuro te et exorcizo te creatura canis, per eum qui te creauit, & baptizo & suffumigo te, In nomine Patris & Filij, & Spiritussancti. Amen, ut mihi sis verus & fidelis comes & socius placabilis in opere meo. In nomine Patris & Filij & Spiritussancti. Amen.

¶ Quod si velles habere pro socio, puerum vel puellam in aliqua arte exercenda, fac prius de eo vel ea sicut de Cane fecisti. Deinde cum vitro rade superficiem unguium eius, & dic.

> Coniuro te puerum vel [89] puellam. Per Patrem & Filium & Spiritumsanctum. Et per patrem **Eramon**, & per Patrem **Elyal**, & per patrem **Elyon**, ut nequaque habeas potestatem celandi mihi, de quacunque re te interrogauero, & sis mihi obediens & fidelis. In nomine Patris & Filij & Spiritussancti. Amen.

Deinde laua eum vel ea cum aqua exorcizata infra scripta, dicendo.

Sis renouatus vel renouata, & mundificatus vel mundificata cum aqua ista, ut spiritus Dei bonus te obumbret & in te habitet. In nomine Patris & Filij & Spiritussancti. Amen.

Deinde suffumigabis eum vel eam, suffumigationibus infrascriptis. Et cum fuerint ita initiati socij vel discipuli, magister cum eis secure (?) poterit incipere, facere ac complere quicquid voluerit.

¶ Pro tutela quoque corporis & anime, quilibet sociorum secum habeat predicta pentacula in carta virginea. [In marg: Tutela siue defensio expediens.] Porro quilibet habeat sua pentacula consecrata in precioso panno sericeo inuoluta cum speciebus aut materialibus odoriferis, & sic munitus nihil formidet, quia de omni periculo immunes erunt, simul & a terrore securi. Verumtamen expedit unicuique discipulorum & magistro, ut discipuli in nullo reluctent magistro, quin proni in omnibus ei obtemperent statim, necnon & magister debet semper eorum uti consilio, & preparare queque cum eis usque ad auroram. Potest magister si libuerit eligere sibi socios tres vel plures, dumtaxat magistro in omnibus obediant, ne omnes obedientia postposita unius periclitent.

Capitulum quartum de ieiunijs, custodia & ceteris obseruationibus.

Magister operum huius artis, quum quicunque operari disposuerit, habeat complete omnia preparata. Et a primo die inchoationis debet se cum discipulis abstinere, ab omnibus illicitis & ab omni inquinamento corporis, & anime pernitiosis cogitationibus, a turpi & vano eloquio a conuersatione mulierum, luxuria, ludo, frequentatione populorum, & secorde incedentium, stultiloquio, mendatio, & alijs inhonestis inquinationibus, que quam animam tam corpus inficiunt. Sed perstare debet fixe in summa grauitate, loquendo, operando, incedendo, occurrendo, standi, comedendo, bibendo, in lectum se recipiendo, & inde surgendo, & in omnibus suis rebus occulte vel aperte immaculate conuersando, quia uniuerse creature sic summo creatori seruiunt & seruire delectantur. Seraphim quoque & Cherubim, Throni & Dominationes, Virtutes cum potestatibus, Principatus, Archangeli & angeli, atque omnis cœlestis exercitus. Qui & congaudent & delectantur cum hominibus eorum imitatione immaculate conuersantes & operantes cohabitare, & in omnibus eis assistere, fauere, patrocinare & adiuuare. Multo autem amplius hoc agunt Principes sub eorum dominatu in inferioribus [90] partibus sub Lunari Cœlo tanquam condemnati constituti. Et hoc fieri debet per nouem dies, antequam quicunque incipiat, magister cum discipulis. In his quoque diebus omnia necessaria debent esse parata. Et quamlibet die quam magister tam discipuli debet deuote dicere sequentem orationem.[118]

Oratio.

Domine Deus omnipotens propicius esto mihi indigno peccatori. Tibi enim soli peccaui & malum coram te feci, & non sum dignus leuare oculos meos ad cœlum, nec ut calcaneos pedum meorum terra sustineat, propter multitudinem peccatorum meorum. Iesu Christe fili Dei viui, qui voluntate patris, cooperante Spiritussancto propter peccatores de cœlo in terram descendisti, & nostras fragilitates & miserias pertulisti & tandem passus sub pontio pilato innocentissime cruci affixus despectissima morte interemptus, mortuus & sepultus, & tertia die resurrexisti, & ad cęlos prepara virtute gloriosissime & victoriosissime ascendisti. Tu qui es pater misericordiarum & pietatis. Qui Cananeam & publicanum ad penitentiam vocasti, & latronem penitentem non despexisti, sed tecum in paradisum deduxisti. Te deprecor ut propter omnia predicta dimittas quoque mihi indigno peccatori uniuersa delicta, quibus tuam tremendam maiestatem cum patre & sanctospirtum ad iracundiam prouocaui. Te quoque humiliter deprecor, ut concedas mihi / quoscunque inuocauero & in nomine tuo & per nomen tuum coniurauero spiritus, in virtute tua videre valeam, & ab eis extorqueri que cupio. A te hanc exposco largitatem & gratiam ut ante me compareant, & voluntatem meam compleant. Per te inuictissimum victorem & triumphatorem Regem regum & dominum dominantium, incommutabilem viuentem cum Deo patre & spiritussancto per infinita seculorum secula. Amen.

Domine Deus omnipotens Pater, qui in excelso & in inaccessibili throno, Deus totius maiestatis gloriosissime, sedes, nullius egens & cuncti & cuncta tui ineuitabiliter. Qui abissos intueris & sedes super Cherubim, Ad te expansis manibus clamo, & quam humilime deprecor, ut exaudias meam (sine te in omnibus defficientem, inhabilem, & tanquam canem mortuum & despectum in omnibus inutilem atque nullius momenti creature) orationem , & amore dilectissimi filij tui, in quo tibi semper bene complacuit, domini nostri Iesu Christi, digneris cum eodem filio tuo, regere & protegere, deffensare & gubernare me indignum peccatorem, quatenus in circulo quem in nomine tuo, facere dispono illesus, cuncta que cupio a spiritibus per te adiuratos & conuocatos, consequare. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum in unitate Spiritussancti viuit & regnat, Per omnia secula, &c.

¶ Tribus ultimis diebus, antequam incipiant, magister cum discipulis, in die semel pane & aqua reficiantur, quod si nequiuerint, saltem cibis quadragesimalibus sint contenti, & qualibet die predictam dicant deuote orationem. Et ultimo [91] die, quando magister cum suis sodalibus incepturi sicut experimentum, cum summa contritione confiteantur peccata sua sacerdoti, vel saltem ipsi se mutuo confiteantur, in loco secreto, tanquam euntes ad mortem. Et in crepusculo eiusdem diei antequam incipiant, quilibet per se coram Deo deuotissime dicant hanc confessionem. Vz, Confiteor tibi Deo omnipotenti Patri. **Sicut supra in primo libro, folio 34, linea 16 habetur.**

Confessione peracta, contrito & humili corde, stando in loco sup secreto, accipiat aquam exorcizatam & cum ysopo aspergat faciem & corpus suum dicens.

> Asperges me domine ysopo & mundabor. Lauabis me & super niuem dealbabor.

Deinde laua te totum, cum tali aqua, de qua habetur infra in capitulo de balneis. Post hec indue te vestimentis tuis, sicut habetur infra in capitulo de vestimentis. Similiter te suffumigabis, modo & forma in capitulo de suffumigio citato. Quibus peractis & rite obseruatis, perge cum omnibus instrumentis & alijs rebus in opere necessarijs ad locum destinatum in quo circulum facturus es, & fac circulum cum summo studio sicut sepe monitum est. Et priusquam incipias, confitere peccata tua, cum discipulis tuis & se inuicem absoluant, sicut sacerdos cum ministro & circumastantibus facit antequam missam incipiat, & det unusquisque alteri osculum pacis, & caueant discipuli, ne unquam discipuli pretereant preceptum magistri, alioquin totum opus confunderetur, & utrisque immineret periculum magnum, & magister instruat eos denuo, & confortet eos, sicut sepe dictum est in precedentibus capitulum, & omnia ista rite ordinata & obseruata, incipiat & sine intermissione opus ad finem deducat, semper Deum in mente habendo.

Capitulum quintum tradat de Balneis.

Balneum omnino necessarium est in arte. Quum igitur artem aliquam facere volueris, die ultimo ante inceptionem circuli, preparatis omnibus ad artem pertinentibus, in suis horis & diebus, eat ad fontem luculentem, vel ad flumen currentem aquam limpidissima, aut ad balneum, vel ad aliam aquam calidam & mundam. Et stans coram aqua dicat confessionem, Deinde psalmos sequentes attente & cum deuotione debita genibus flexis.

¶ Dominus illuminatio mea. 26.

¶ Dixit insipiens in cor. 52.

¶ Cantate domino canticum no. j. 95.

¶ Confitemini Domino quoniam. 117.*

[In marg: *Quicunque vult saluus esse, &c.]

¶ Dixi custodiam vias meas. 37.

¶ Saluum me fac Deus quoniam. 68.

¶ Cantate domino canticum no. 2. 97.

His dictis cum deuotione, intret aquam seu balneum & dicat.

> Exorcizo te creatura aque, per illum qui te creauit & in hunc locum te constituit, Et per illum qui in aqua Iordanis se baptizari voluit, ut statim eijcias a te omnem spiritum neque & omnia phantasmata atque quicquid in corpore & anima nocere potuit. Per eundem Dominum nostrum [92] Iesum Christum defensorem & protectorem nostrum, sub cuius potestate pater omnia posuit. Qui triumphator inuictus gloriosissime triumphat Deus, per omnia & in omnibus semper benedictus, regnans cum patre in unitate spiritussancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Deinde, in nomine patris & Filij & Spiritussancti, se incipiat lauare, facto signo crucis super se, terque se aqua illa se aspergat, dicens.

> Asperge me Domine hac aqua & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.

Et bene lotus in nomine Patris & Filij, & Spiritussancti exeat de aqua, & reinduat se vestimentis suis & dicat sequentes psalmos.

¶ Cum inuocarem exaudiuit, 4.

¶ Confiteor tibi domine in toto, 9. Et

¶ Confiteor tibi domine in toto, secundum, no. 111.

¶ In exitu Israel de Egipto, 113.

¶ Beati immaculati in via, 118.

¶ Confiteor tibi domine in toto corde meo, quoniam, tertium, 137.

¶ Domine probasti me, 138.

¶ In conuertendo, 125.

In fine quorum dicantur Septem psalmi penitentiales, cum Letania. Quibus adde hanc sequentem orationem.

> A**donay** sanctissime, **El** potens. Per potentissimum & corroboratum nome Dei, **El** forte & admirabile, per laudatum & glorificatum, magnum, sanctum, admirabile tremendum, terrible, & inaccessibile. Te adoro, te laudo, te glorifico, te superexalto

& magnifico super omnia, Te benedico, te inuoco & tibi gratias ago. Te deprecor, ut per te hoc balneum sit mihi aqua salutis, & expiatio, atque ablutio omnium immundiciarum interiorum & exteriorum inquinamentorum corporis & anime. Et presta mihi ut sic purgatus per te merear consequi, quid nunc in hac arte desidero. Per te sacratissime **Adonay Sabaoth**. Qui uiuis & regnas <& regnas> Deus omnipotens, incommutabilis & inaccessibilis. Per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Deinde accipiat Sal benedictum, quod quando aqua benedicta fit benedicitur, & utatur eo sicut pro aqua benedicta utitur, quando fit.

Capitulum 6. de vestimentis & calciamentis.[119]

Oportet ut operatores artium in omnibus operationibus suis sint induti vestimentis lineis & albis, bene lotis, super quibus suantur Pentacula, cum acu, sicut supradictum est. Habeant quoque caligas albas, & in vestimentis sint scripti hij caracteres seu signacula distincte.



[figure]

Et scribantur cum penna & atramento tali, quali iam sepe dictum est. Et omnia ista fieri debent tempore custodie, qua nouem diebus celebratur, quibus diebus omnia reliqua necessaria preparanda sunt. Magister quoque debet habere in capite coronam, factam de pergamino virgineo, facto modo infrascripto. Et in circuitu Corone sint litteris aureis vel argenteis, [93] vel de preciosioribus coloribus quos inuenire poteris scripta ista sacratissima nomina, Vz. **Agla, Aglai, Aglata, Aglaoth**,[120] cum calamo ad ista deputato. Quilibet etiam sociorum gerat in capite coronam similiter de pergamino virgineo, & in qualibet corona sint cum predictis coloribus distincte descripti caracteres vel signa sequentia cum reuerentia & deuota intentione.

[figure]

Et supra dicta vestimenta & calciamenta antequam induantur vel calcientur, dicantur cum deuotione psalmi sequentes.

Ps. Domine dominus noster, 8.

Domine quis habitabit in, 14.

Deus misereatur nostri, 66.

Quam dilecta taberna, 83.

Fundamenta eius, 86.

Domine exaudi oratione mea, & clam., 101.

Laudate pueri dominum, 112.

Laudate dominum omnes gentes, 116.*

*Nisi dominus edificauerit, 126.[121]

Domine non est exaltatum, 130.

Super flumina babilonis illic sedimus, 136.

Quibus dictis, suffumigabis omnia vestimenta & calciamenta, suffumigationibus infrascriptis, & aspergas ea aqua exorcizata cum ysopo, in modum crucis, dicendo,

> In nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, Amen.

Et tunc induas te vestimenta sic benedicta, quod & discipuli quoque faciant. Et induendo se quilibet pro se dicat.

> Indue me domine vestimento salutis, & tunica iusticie circunda me, ut per sanctissimum nomen tuum **Adonay**, & in virtute tua, valeam consequi quod desidero. Qui viuis & regnas Deus, per infinita secula seculorum. Amen.

Capitulum septimum de locis ad opus eligendum conueniens.[122]

Loca autem in quibus vis facere artem siue experimentum, debent esse secreta & absconda aut deserta longe & sequestrata ab omni frequentatione hominum, & maxime ab omni mulierem accesione. Et locus sit scopis bene mundatus, nitidus, spaciosus & secretus. Et si in viridarijs fieri posset, optimus esset, maxime si locus esset arboribus & virgultis odoriferis consitus, in quibus nihil intererit, si in die vel de nocte fieret. In quibuscunque autem locis hoc feceris, ante initium operis dic sequentes psalmos, Vz.

Quare fremuerunt gentes, 2.

Deus in nomine tuo, 53.

Deus misereatur nostri, 66.

Suffumigabis quoque locum predicta suffumigatione, & aqua exorcizata cum ysopo aspergas, Et sic locus rite preparatus cum fuerit, leto animo incipere potes.

De institutione circuli aduerte.

¶ Magister itaque cum discipulis, allatis uniuersis expedientibus. Accipiat cultellum aut artauum & faciat circulum, sicut infra habetur. Circulo vero peracto & suffumigato & signato, instructisque discipulis

per omnia & in omnibus. Stansque magister corroboratus in Deo, antequam conuocare spiritus inchoat, (habeat cimbalum, aut tintinabulum) quem pulsando concrepet, [94] versus orientem, meridiem, occidentem & versus septentrionem, & dicat.

> O vos omnes, qui scitis & cognoscitis, quod hic parati sumus & huc venimus in nomine domini Dei **Adonay Sabaoth** / ad coniurandi & ad nostrum seruitium & obedientiam conuocandum vos. Estote igitur parati, quia non in nostra virtute, sed in virtute domini Dei omnipotentis **Adonay** vos coniurabimus & constringemus, atque viriliter cohercebimus ut quam totius nostram impleatis voluntatem.

Quam & obrem tintinabulum concrepauimus,[123] ut audientes eius tinnitum, sine excusatione sitis ad obediendum parati.

Capitulum octauum de Ense, Cultello & Artauo & alijs instrumentis spectantibus ad artem.

Necessarium est omnino in omni arte vel experimento, ut habeat ensem, cultellum vel aliqua instrumenta cum quibus faciat circulum & alias operationes necessarias in arte. Igitur fiat cultellus instar hic depicti de ferro cudanicho. (puto velle dici, in incude malleato) cum capulo albo vel nigro. Et sit temperatus cum sanguine anseris & succo pimpinelle equis ponderibus. Et fiat in die mercurij & hora mercurij, luna addente lumine, & operetur ab initio hore prime usque in decimam, in qua compleatur. Quo facto, dicatur quatuor misse communes super eo. Et scribantur super manubrium cum cinabrio exorcizato, cum stilo preparato sequentes Caracteres.

[figure]

¶ Si vero fuerint baculi vel virge debent esse virginee de quocunque ligno fuerint, & precise uno ictu cum predicto cultello, facta supradicta solemnitate. Enses vero & lanceas, fac similiter die & hora, & modo predicto. Et scribantur super laminam ensis & super ferrum lancee, cum stilo predicto, hec nomina sancta Dei, Vz. **Alpha & ω, Agla, Ya, Helyon, Primeumaton**, & dicat super eas sequentem coniurationem cum attentione.

> Coniuro vos enses & lanceas, per hec sancta nomina, ut nulli ex nobis quicunque noceatis vel damni aut impedimenti inferatis, sed potius in operibus

nostris adiuratio vestro faueatis. In nomine Patris & Filij, & Spiritussancti. Amen.

Plaerunque (sit notum tibi) quandocunque clausula, In nomine Patris, & Filij & Spiritussancti dicitur, cum tribus crucis signaculis manu dextra crucis signaculo facto pronunciantur.

Quibus ita exactis, Aspergantur aqua benedicta cum ysopo. Deinde condantur in loco nitido & ab omni immunditia sequestrato, donec eorum officio indigeas. Et cum similibus Artauis, Cultellis, Lanceis, Ensibus, Baculis, & Virgis, poteris quascunque volueris exercere artes seu experimenta.

[95]

¶ **Icona autem predictorum instrumentorum cuiusmodi esse debeant, pro maiori declaratione Neophitis hic conspicua preponuntur.**



¶ Capitulum nonum de constructione Circulorum, & de introitu in eosdem.

Circuli autem sic fiunt. Quum steteris in loco ad hoc opus destinatum, cum omnibus requisitis, sicut supra sepe citatum est. Accipe cultellum tuum & fige illum in medio loci quem elegisti ad constituendum circulum. Et accipe cordam vel funiculum, nouem pedum & paulo plus longitudinis, instar huius hic depicti cum laqueo, sic

& pone in laqueum stilum aeneum, ferreum aut ligneum, Artauum vew aplica none sectione & circumduc, circulariter cordam cum artauo, cuius cuspis sulcet terram efficiens circulum, ab oriente vergens in meridiem & inde in occasum & septentrionem. Aduerte tamen, quia in parte septentrionali opportet omnino ut per spacium duorum pedum dimittas spacium apertum, ut per illud pateat porta ingressus & exitus circuli. Ultra istum circulum alium ducas pari modo circulum distantem a priori per spacium unius pedis, quem in opposito porte prioris circuli apertum dimittas pari spacio prioris. Et iterum pari modo & ordine arabis circulum tertium, qui a secundo distet per spacium medij pedis, similiter in opposito dictarum circulorum portarum, dimittas in isto eorumdem qualitatis aperturam proporta, specium apertum. Demum ab extremo circulo per spatium unius pedis duc quadratum tetragonum duabus lineis sicut licet folio 17º a conspicere, ita tamen sicut etiam ibidem cernitur, ut angulus unus tendat precise partem orientalem versus, secundus, meridiem, tertius, occasum, & quartus septentrionem, In quolibet autem angulo sint eque magnitudinis parui circuli, capaces prunariorum vel ollarum ad suffumigia spectantes, sicut alibi prelibatum patet. Videlicet supra folio 15º a & folio 17º a quamuis non plene, tam littera, quam schema precise quadret huic lectioni. Schema namque superior duobus cernitur tetragonis fulcitum, sequens autem unius constat. Placuit & iuxta tenorem pręlibate lectionis & sequens pro maiori declaratione addere Schema.

[96]

¶ Poteris (si nimis hebes non fueris intellectu & obtusus ingenio, ex lectione supra folio 15º linea 17, & ex inspectione schematis seu circuli folio 17º. Similiter per considerationem Circuli folij 76^{i} optimum, si hic enumerata & inspecta coadunaueris, componere artis circulum, addendo & subtrahendo que bene visa fuerint, & apta conspiciuntur.



[figure][124]

Nusquam in omnibus & per omnia desit ignis exorcizatus, sicut nosti.

Postquam rite circulum perfeceris, considerabis de introitu tuo cum discipulis tuis in eundem. Igitur sic feré incedendum est. Magister introducat socios per portam circuli, & statuat eos versus quatuor plagas mundi. Et socius qui porta versus septentrionem stat, habeat secum calamum cum incausto vel atramento. Et unus illorum qui in reliquis partibus stat teneat ensem nudum in manu, & tertius Lanceam, quartus, cultellum vel artauum, baculum seu virgam, quilibet quid iuxta magistri preceptum. Magister autem exeat e circulo & accendat focum ollarum, & immittat species odoriferas exorcizatas in singulas. [97] Cereum vel candelam ceream habeat benedictam quam accensam iugiter teneat. His prelibatis, reformet circulum, moneat atque adhortet socios, confortansque in omnibus, ne quum insolita viderint vel audierint, pusilanimes effecti magnam causentur confusione, & ingerant periculum. Magister suffumiget eos & circulum & aspergat cum aqua

exorcizata & ysopo tam ipsios quam circulum. Postea magister constitutus in medio circuli conuersus ad Orientem, incipiat omnia que spectant ad artem, & proposuit & destinauit, ut assequi valeat que desiderat.

Capitulum decimum de consecratione specierum & suffumigationibus.

Varius est modus suffumigationum in hac arte & experimentis, aliquando enim suauissimis fiunt odoribus, quandoque implacabilibus & fetidis fiunt odoribus. De bene & suauissimis fragoribus, ut de, Thure, Ligno aloe, Çaffrano, Mirrha, Costo, Musco Spica, & similibus speciebus aromaticis, super quos hanc deuote dic orationem.

Deus Abraam, Deus Ysahac, & Deus Iacob. Benedic hanc creaturam N. Et humiliter te deprecor, ut vim & virtutem odoris sui augeas & amplifices, ita ut nullius hostis nequitia, illusio vel phantasma in ea cohabitare aut intrare valeat. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Exorcizo vos omnes immundos spiritus, & omnia phantasmata inimici, in nomine Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritussancti, Amen, ut exeatis ab hac creatura N. exorcizata & sanctificata per Deum omnipotentem trinum & unum. Et per virtutem domini nostri Iesu Christi, qui se pro nobis obtulit Deo patri omnipotenti in odorem suauitatis, ita ut ubicunque virtus & odor huius speciei perfragrauerit vel eius tactus attingerit, & accensa odor eius perfuderit ut illuc nullius immundi spiritus illusio aut nocumentum appropinquare aut attingere audeat, Et vos omnes imundi & nequissimi spiritus cum omnibus complicibus vestris sic adiurati detis pronam obedientiam & honorem Deo omnipotenti trino & uno. Qui viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Benedic Domine Deus omnipotens creaturam istam N. ut sis remedium nobis contra omnes nequitias inimici, & iuuamen ad effectum deducendum opus nostrum, iuxta intentum & desiderium nostrum. Per inuocationem inuictissimi & gloriosissimi nominis tui, ita ut in quocunque loco fuerit vel odoreius perfragrauerit sit salus & tutela corporis & anime omnium assistentium, & iuuamen ad omne opus inceptum ad optatum finem perducendum. Per te **Adonay Sabaoth**, Qui viuis & regnas Deus, per omnia, &c.

Deinde aspergas dictam vel predictas species cum aqua exorcizata, sicut supra dicitur. Et reconde eas in pannum sericeum mundum, donec officio eorundem habeas, ad opus tuum.

Sequitur instructio, qualiter in opere ignis accendi debeat.

[98]

Quum operari volueris fac ignem nouum de carbonibus & pone illos in ollas vitreatas. Et super ignem accensum priusque species imponas. Dicas.

> Exorcizo te creatura ignis, per illum qui te & cuncta creauit, & per illum qui in flamma igni Moysi apparuit, ut sine mora eijcias omnia fantasmata inimici, per inuocationem altissimi creatoris. Oremus. Benedic domine hanc creaturam tuam ignis, ut sanctificata & benedicta sit, ad laudem & gloriam & superexaltationem sacratissimi nominis tui, & ut nullum nocumentum in ea sit, tam portantibus & tractantibus eam, quam intuentibus & fouentibus eam. Per dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. Amen.

His dictis, pone species odoriferas in ignem, & fac fragrantias suauissimi odoris. Deinde accipe de dicto igni & pone in turribulum & adde iterum de speciebus in turribulum & totum circulum intus per girum & in meditullio suffumigabis, quando operare volueris.

¶ Si autem in aliqua arte vel experimento opportuerit uti suffumigia fetida, accipe sulfur, assamfetidam* [In marg: *alias Lazaram[125]], pilos, cornua, & plumas, potius animalium villium & nigrorum quam econtra, simul & quecunque repereris fetidissima, & proijce tam in prunarios que in turribulum, sic dicendo.

> **Adonay Sabaoth**, Domine Deus exercituum, per inuocationem sacratissimi nominis tuis, assit nobis diuinum auxilium tuum, ut per te hee species odorifere sint nobis proficue in operibus nostris quibuscunque, ita ut omnis nequissimi spiritus phantasma aut illusio vel nocumentum exeat ab eis, & benedicantur & sanctificentur, in virtute tua & in nomine tuo, pater sanctissime. Qui viuis & regnas deus, &c.

Deinde, Asperge illas aqua exorcizata cum ysopo, & sicut odorifferas, repositas in mundo sericeo panno tenes, fetidas quoque reponas, donec earum usu necessitas te urgeat.

Capitulum undecimum de Aqua & Ysopo.[126]

Quia plerumque in artibus & experimentis, cum aqua & ysopo opportet aspergi queque. Ideo opportet sic exorcizare utrumque, Primo, die mercurij & in hora eius, Accipe vas paruum vel cuiusuis quantitatis aut capacitatim dummodo valde mundum sicut decet sit, quod luculenta & mundissima aqua implebis, Sal quoque adhibe, exorcizaque illud sic dicendo.

Sabaoth, Messias, Tetragrammaton, Emanuel fortissime, Sanctificare & benedicere digneris hanc creaturam salis, ut sit nobis proficua & salutaris in omnibus operibus nostris. Qui viuis & regnas Deus per omnis secula seculorum, Amen.

Tunc sal mitte in aquam, dicendo.

In nomine Patris & Filij, & Spiritussancti, Amen.

Postea [99] dicat septem psalmos penitentiales super aquam. Vz.

Domine ne infurore tuo, 6.

Beati quorum, 31.

Domine ne in furore tuo, 37.

Miserere mei Deus secundum, 50.

Deus exaudi, 101.

De profundis clamaui ad, 129.

Domine exaudi orationem, 142.

Deinde Litania, &c.

Postea hanc orationem.

Clementissime domine Deus meus, adesto mihi inuocanti te, adiuua secundum spem quam mihi tribuisti in te, tu enim non despicis ad te clamantes in multitudine miserationum tuarum. Deus Abraam, Deus Isahac, Deus Iacob, Deus Seraphim, Cherubim, Thronum, Dominationum, Virtutum, Potestatum, Principatum, Archangelorum & Angelorum. Deus Patriarcharum & Prophetarum, Deus Apostolorum & Martyrum, Deus Confessorum atque Virginum. Ego indignus & peccator maximus te humiliter deprecor, ut benedicere & sanctificare digneris hanc Aquam cum sale in ea in nomine tuo missum, ut in quocunque loco aspersa fuerit, ibidem sit cohabitantibus salus sanitas corporum & animarum, careatque locus omni illusione & nequitia inimici visibilis & inuisibilis. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in uni. &c.

De Spersorio, siue Ysopo.

Spersorium, siue Ysopum sic facias. Accipe, Saluiam, Mentam, Maioranam, Basilicum, & Ysopum, partes equales & fac inde manipulum, quem stringas cum cordula, facta de filo, filato a virgine, cui immitte manubrium de una nouella virga auelane. Quo facto, reconde eum in locum mundum. Quum ver eo uti necessarium fuerit, Scribe super manubrium cum acu vel stilo preparato ad similia, cum debita attentione distincte sequentes caracteres.

[figure]

Et sic rite preparato, poteris eo uti quandocunque libuerit, quia talis aspersio, abigit omnia phantasmata inimici atque omnes nequitias eius, dispergit longe, ab omni loco Diuino auxilio astipulante, si debite omnia operantur.

Capitulum duodecimum de Lumine & ignis in operibus.[127]

Mathematicus, quando aliquam artem exercere voluerit, die vel nocte, expedit ut habeat luminaria ad faciendum circulum, de nocte quoque ad legendum & ad consecrationes facienda per necessaria, diu noctuque, quandocunque quid operis huius artis volueris facere. Et semper die Mercurij & eius hora, luna crescente, debent omnia consecrari, deinde reponi in pannos sericos, & in mundissima loca recondi, quosque quid artis facere volueris. Debent autem fieri [100] die & hora predicta quatuor Cerei, quorum lichni gosipini sint, filata a puella virgine, Cera autem sit virginea, hoc est de alueo nouo & apum nouiter educatarum & quibus cera prius non est ablata, de qua fiant quatuor Cerei, quilibet ad pondus medie libre. Quum vero facti fuerint, scribantur cum acu vel stilo super singulos, cum attentione caracteres sequentes.



[figure]

Deinde dicat super eos ieiunus, sequentes psalmos cum deuotione.

Benedic anima mea, primum, 102, & secundum, Benedic anima mea, 103.

Laudate dominum de celios, 148.

Canticum trium puerorum, Benedicite omnia opera.

Et canticum Ambrosij & Augustini. Te Deum laudamus, & orationem sequentem.

Domine Iesu Christe fili Dei viui, conuerte omnem cogitatum & intellectum meum in tuo & Patris tui, atque spiritussancti incessabili obedientia, timore, amore, laude, benedictione, superexaltatione & iugi benedictione, ut vitam in me habeam. Adauge mihi, fidem, spem, & charitatem, prudentiam & sapientiam veram, & perseuerantiam perfectam, Penitentiam de pręteritis, Emendationem presentium, & futurorum cautelam & moderationem. Da mihi secundum magnam misericordiam & bonitatem tuam, que melius nosti mihi expediri quam ego sciam petere, ad laudem & gloriam sacratissimi tui Patris tui & Spiritussancti nominis, & ad salutem anime & corporis mei. Et nunc in simplicitate mea te deprecor ut opus meum prosperare digneris. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritussancti, viuis &, &c.

Deinde dic super Cereos.

Exorcizo vos Cereos, per illum qui cuncta, sola sua bonitate & nulla necessitate, creauit, ut a vobis expellantes abijciatis omnem nequitiam & phantasmata inimici. Et virtus altissimi, qui omnia creata cum vidisset esse bona valde, & benedixit eis, illa virtus & benedictio maneat in vobis, ita ut per vos in Deo omnipotenti, securi & absque ulla fallacia, illusione aut periculo, timore & pauore, operemur in nomine eiusdem Dei omnipotentis. Qui viuit & reg. &c.

Quibus dictus, Asperge illos aqua exorcizata, & accende illos. Et dic.

Exorcizo te creatura ignis, In nomine Patris & Filij, & Spiritussancti Amen. Et per ineffabile nomen Dei **Adonay Tetragrammaton**, ut accipias vim & virtutem, constringendi & una nobiscum coarctandi quoscunque adiurauerimus spiritus, ad consentiendum nobis in quibuscunque voluerimus, & appareant nobis sine fallacia, humiles, mansueti & pacifici. In nomine Patris & Filij, & Spiritussancti. Amen.

¶ Postea accipiat Laternam, super quam scribat cum penna & atramento, sepe predictis, hec sacratissima nomina, per circuitum, Vz. **Tetragrammaton**, יהוה, **Adonay, Sabaoth**. [101] Et cum quid exorcizare aut benedicere vel legere volueris, immite in eam Candelam benedictam. Et faciendo circulum, unus discipulorum sequatur magistrum cum Laterna & Candela in ea accensa. Ipso magistro operanti & recitanti seu legenti quecunque in arte expediunt, sine intermissione.

Capitulum tertium decimum loquitor generaliter recapitulando omnia predicta & que deinde sequuntur.[128]

Precipimus & hortamus omnes Exorcizatores huius artis, ut ante omnia per nouem dies continue sibi succedentibus, ieiunet & se abstineant ab omnibus illicitis, ab omni immundicia ab omni accessu mulierum, vani & turpiloquio, mendacio & ceteris peccatis que coinquinant hominem, vitet frequentationem hominem, Maneat in sua camera seu conclaui, & abstineat ab omni opere alieno. Nihil cogitet vel agat, preter ea que ad artem spectant, exorcizando vel consecrando necessaria, diebus & horis pręlibatis. Hoc autem tempus custodie tempus nuncupatur, quia omnia que ad artem expediunt in his diebus preparantur. Quod si nequiuerit expleri, faciat Magister aliqua, antequam custodiam inchoet, diebus & horis Mercurij, quia in prelibatis nouem diebus, dies mercuri nisi bis obtingere non potest, & impossibile esset complere in duobus diebus tamen opus. In duobus autem diebus & noctibus Mercurij octies hora eius euenire potuit, & in reliquis diebus paulo minus, sicut per figuram circularem folij 87 trutinare licet. Dies vero custodie nisi ante inchoationem experimenti vel operis non celebrantur, quibus peractis, magister procedit cum discipulis ad locum operis destinatum, & procedit in proposito suo opere, sicut supra tactum est, constituendo circulum desideratum. Quum vero in circulo steterit cum sodalibus, moneat eos sicut prelibatum est ut omnino in omnibus ei obediant, & ut nullus a loco quecunque de causa se moueat, & ne timidi aut pauidi se prebeant, so obtigerit, sicut semper aut pro maiore euenit apparere stupenda, & insuper montes, turres aut moles ingentes igneas super eos ruere, & plura alia horribilia, ita ut finem seculi estiment immineri. Et quod omnia ista paruipendant, quia nihil omnino eis nocere poterunt. Post has terribiles visiones multas alias videbunt illusiones. Vz. turmas, agmina, & gentes inordinate incedentes, pulcherrima forma preditas, sine furore & mansueti. Tunc stet discipuli stent fixi, capitibus inclinatis & vilipendentes omnia, pertransire permittant. Quid si prorsus (pusilanimes effecti) ista videri inhorruerint, cooperiant cum suis indumentis oculos. Fragorem autem & commotionem & horribiles sonitus declinare / nisi virili animo non poterunt. Tunc Magister autem quasi vir accinctus gladio, indutus vestibus exorcizatis robuste [102] & fiducialiter, confortet discipulos suo ne timeant, quia circulus sicut fortissimum & bene munitum eis est, & quod nec illic pauendum est, ubi Diuina nomina & signacula existunt, maxime illis nihil aduersi imminere, a quocunque principali vel inferiori spirituum, poterit, munitus sacris Pentaculis & inuictissimis Dei Tetragrammati nominibus, & quod omnes iste illusiones prenuncij sunt desideriorum suorum effectuum. Postremo venient Reges regum, vel Imperatores imperatorum ipsorum spirituum, Principes & magnates, cum turba plurima, portantes omnium instrumentorum musicalium genera, dulcissimos sonos edentes, & pertransire volentes. Tunc magister

quasi valde indignatus & arroganter dicat eis, quo tenditis. Tunc omnes commouebunt, maximum rumorem, fragorem, commotiones, furorem, fulgura, corruscationes & tempestates ingentes & terribiliores & horribiliores quam a principio. Verumtamen nec magister, nec discipuli nihil prorsus timeant velut pusillanimes & pauidi & diffidentes, sed potius magister comfortatus in Deo, dicat eis audaciter, Amodo & statim nullus vestrum presumat ultra procedere, & statim ostendat eis pentacula, Tunc omnis impetus, stridor, fragor & rumor cessabit. Et tunc Imperator eorum dicet.

> A tempore Salomonis, non fuit Exorcizator qui personam meam videre potuerit, nec posset, nisi essent ea que hic habes parata & nobis ostendis digna & potentissima ad constringendum nos ad tuam obedientiam. Et estimo te de progenie aut stirpe Salomonis ortum, vel de discipulorum eius cognatione natum, eo quod talia potuisti in nos exercere. Pauci enim sunt qui infringere nostrum voluntatem, aut obluctari nobis & anihilare nostram potestatem & interrumpere nostram velle, inuenti. Quin & qui sciat modos aut formas istius artis debitas, & ut qui congruam, ad exequendum ista rite, ducat vitam, ut tam stricte nos coherceat ad suum libitum. Quam obrem necessitate constricti, cogimur obedire tibi, nec quidem nostris technis & illusionibus, presentes, absentes aut recedentes vos irretire, aut intentioni vestre contraire, pre timore & veneratione Pentaculorum vestrorum. Qua propter, nunc mansueti & obedientes mandatis tuis, magister prudens & fortissime, esse volumus.

Tunc magister ipse pro se & suis discipulis, petitiones, quas decreuit facere, det eis in scriptis, cum penna & atramento, ad ista parata, & eijciant tales petitiones extra circulum. Quam, vel quas accipientes in unum se congregabunt statim, consilium inientes cum Regibus & principibus suis, quo confecto, reddunt magistro petitiones suas, & dicent.

> Fiat [103] quod petis & voluntas tua adimpleatur in omnibus.

Et continuo dabunt tibi responsa secundum petitiones tuas. Obtentis petitionibus, statim dabis eis licentiam, dicendo.

> Ite in pace, sine mora, sine strepitu cum mansuetudine, & sit pax vera inter nos & vos. In nomine domine Dei altissimi. Amen.

De his latius, non contemnenda lege supra folio 14, linea 7^{m}, per totum, Simul & ibidem, linea 34 per totum.

Capitulum quartum decimum de penna, atramento et alijs coloribus iugiter ad artem spectantia.

Recordare fili mi, & infige cordi tuo que moneo, conducit enim tibi valde, & est: Ut quandocunque volueris scribere aliquod experimentum vel rem ad artem spectans, expedit ut penna & atramento debito fiat. Pennam autem sic habeas & instituas. Die mercurij & hora eius, accipe anserem masculum, & e ala eius dextera euelle pennam unam ad libitum, & accipiendo eam dic nomina ista.

> **Arboy, Narboy, Vasay, Tamary, Lyonar, Atamar.** Pellite ab hac penna omnem fallaciam & omnem in se virtutem veritatis contineat, & eam per nommina vestra & in nomibus vestris custodite.

Deinde a superfluitatibus eam mundabis, & cum cultello vel artauo incidas ut habilis sit ad scribendum, & paratam suffumigabis debita & preparata suffumigatione, & aspergas cum aqua exorcizata, de qua supra facta est mentio, folio 98 li. 28. Demum repone eam in pannum sericeum, & reconde eam sicut cetera in locum mundum, cum ceteris sic reconditis. Vel accipe arundinem paruarum, e carecto, & illam suffumiga cum turribulo, de quo supra habetur, folio 98 li. j^{m} &c. Et dic sequentes psalmos super eam, vel super pennam, si arundinem non habueris.

Ps^{m}. Ecce quam bonum, 132.

Ecce nunc benedicite, 133, &

Te Deum laudamus, &c.

Postea dic super eam hanc coniurationem.

> Coniuro te penna, vel arundo, per Deum omnipotentem, Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum, us sis in adiutorio meo, ad omnia experimenta que facere voluero, & operari intendo, ut in virtute tua, per Deum omnipotentem tibi collatam, & per eundem Deum creatorem omnium, incipiantur, medientur & finiantur. In nomine Patris & Filij, & Spiritussancti. Amen.

Postea, accipe pugillarem, hoc est atramentarium de cornu, vel de terra cocta vel de vitro, nouum & scribe in circuitu eius, cum acu vel stilo, sic.

Ioth, Eth, He, Vau, Ia, Ia, Anereneton, Anabona, Sabaoth.

Quod & super Calamarium quoque scribere potes. Encaustum vel atramentum pone in atramentarium, & pennam vel calamum in calamarium, & super atramentarium dic hanc coniurationem.

Coniuro te creatura encausti per **Athanaton** [104] & per purum **Stimulaton**. Et per nomina illius qui omnia potuit, ut sis in adiutorio nostro ad omnia que operari voluero. In nomine Patris & Filij, & Spiritussancti, Amen.

Deinde suffumigabis eum modo predicto, supra folio 103, linea 22[m], & aspergantur cum aqua exorcizata sicut supra dictum est de penna, non super duo, tres vel plura simul, sed super quamlibet rem prose. Cum tali autem penna & encausto scribantur omnia que in artibus aut experimentis necessaria sunt, Quod si aliter scriberentur incassum irent omnia, & nullius valoris. Et sic suis diebus & horis preparata, recondantur sicut de singulis supra dictum est, donec necessaria in operibus fuerint.

Capitulum 15. De sanguine vespertilionis & aliorum animalium sanguine.

Capiatur vespertilio unus, & coniuretur, sic.

Adiuro & coniuro te vespertilio, per Deum omnipotentem, Patrem & Filium, & Spiritumsanctum, & per omnes validas coniurationes que in mundo fiunt. Et per omnia sacratissima verba que Deo omnipotenti creatori mundi dicuntur, atque per omnia sacratissima nomina & signacula eius, ut sis in adiutorio nostro. O angele **Saray** & **Adonel**, Rogo vos ut sicis in adiutorio nostro, ut per vos impleantur desideria nostra. In nomine Dei omnipotentis Patris & Filij, & Spiritussancti. Amen.

Deinde accipe acum artis & sub ala dextra punge vespertilionem & in vasculum vel scutellam preparatam recipe sanguinem eius, & dic.

Omnipotens **Adonay, Elloy, Elloe, Ellyon, Saday**, Domine Deus admirabilis, solus timendus, amandus, glorificandus & adorandus. Te humiliter deprecor, ut vim & virtutem tribuas sanguini isto, in nomine tuo consecrato, ut per eum in virtute tua impleamus desiderium nostrum. Per dominum nostrum Iesum Christum, &c.

¶ Item accipe totum sanguinem vespertilionis pungendo illum per totum corpus, & exprime illum donec nihil remaneat, & ista faciendo dic predicta verba, Vel amputa caput illius cum cultello vel artauo artis, consecrato sanguine supradicto, modo supradicto. Hunc sanguinem conseruabis ad scribendum cum eo Caracteres, signa & alia necessaria artis vel experimentorum.

Capitulum sextumdecimum de penna yrundinis, cum qua plurima in artibus & experimentis scribentur.

Accipe pennam Hirundinis, de ala dextra, vz. prima qua a vulgo dicitur Cultellus, & euellendo eam dic.

> O Michael angele Dei, adesto nobis & adiuua, ut cum penna ista quam ab ista auicula extraho, valeam rite scribere omnia experimenta, que in nomine tuo incipiuntur, & per Deum altissimum mediantur, & per eundem qui principium, medium & finis est, optimum finem sortiantur.

Deinde cum cultello vel artauo artis eam incidas, ut apta ad scribendum queque existat. Et super pennam sequentes [105] dic psalmos, Vz.

Ecce quam bonum, 132.

Ecce nunc benedicite, 133, &

Te Deum laudamus.

Deinde, aspergantur penna & sanguis, cum aqua exorcizata & ysopo.

¶ Pari modo, consecrentur penna aliarum auium, que in arte & experimentis requiruntur, cum quibus scribuntur diuersa, & aliqua etiam cum sanguine anseris & aliarum auium seu animalium, sicut in clauicula in proprio capitulo habetur. Hanc autem cautelam animaduerte, ut tam pennas quam reliqua ab animalibus accipienda, sunt eruenda vel extrahenda dum viuunt, & extracta vel ab eis accepta, dimitte eas abire viuos. Licet de vespertilione superius non ita exprimat lectio. Ego autem ad minus palpitatem eam dimitterem.

Capitulum decimum septimum de pergamino virgineo.[129]

Pergaminum virgineum, seu carta pecorina virginea, vel simpliciter, Carta virginea, fit de animale quod nunquam coitum inijt, siue e masulo siue femina. Quam quandoque de animalibus abortiuis conficiunt, aliquando vero execta vel de matribus mortuis extracta accipiunt, vel mortuis natis, eam faciunt. Igitur cum qualemcunque habueris. Die Mercurij & hora eius, accipe illud & seorsum ubi nulli conspicuus sis, Prius autem habeas premanibus artauum, & de arundineto, nouella idest arundinem virgineam cum cultello aut artauo precisam, quam vendicabis a folijs, & super bene mundatam, dic hanc coniurationem.

> Coniuro te arundo, a Deo omnipotenti creata, per eundem totius maiestatis Deum patrem, & per filium eius unicum dominum nostrum Iesum Christum, cuius caput impiorum manibus arundine dire percussum fuit, & pro sceptro regali ad ignominiam suam tenuit, & per Spiritumsantum, qui te cum eodem Patre & Filio educauit, ut vim & virtutem accipias, quatenus nostro conatu tecum hoc animal excoriamur, & per te nactet

virtutem, vim & plenam habilitatem, ut quacunque in pellem preparatam scripserimus, ad desideratum effectum deducantur. Per eundem Deum trinum & unum. Qui viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Deinde dic super eam psalmum.

Deus iudicium tuum Regi da, 71.

Et cum dicto artauo prepara cannam ad modum cultelli, & scribe super cannam preparatam, cum sanguine auium exorcizato, sic.

O angele **Adonael**, esto adiutor meus, & da vim & virtutem huic canneo cultello, ut per illud valeam implere quecunque operari desidero. Amen.

Deinde dic super eam hanc orationem.

Domine Iesu Christe, qui per similem arundinem vel cannam, ab impijs iudeis nequissime illusus fuisti. Te humiliter deprecor, ut per tuam clementiam, & per inuocationem sacratissimi nominis tui, prestes mihi vim & virtutem, consequendi que in opere meo desidero. Tribue mihi quoque, ut per inuocationem sanctorum Archangelorum [106] & angelorum tuorum presens corium seu pergaminum vim & virtutem efficacem obtineat, ad quecunque in eum scribere & operare voluero, per coniurationes vel caracteres, quos in eum opportuerit ad quecunque opera exerceri & effectum deduci. Qui viuis & regnas cum Deo patre & spiritussancto, &c.

Oratione dicta, Cum predicto cultello arundineo incipe excoriare animal, & excoriando illud dic interim.

Adonay, Saday, Tetragrammaton. Adestote sancti angeli Dei & date vim & virtutem huic corio, ita ut in nomine vestro consecretur, quatenus plene obtineat veritatem efficacem, in omnibus que in eum, cum preparatum fuerit, scripta fuerint, perueniantque ad desideratum effectum nostri desiderij. In nomine patris & filij & spiritussancti. Amen.

Cumque ita exorcizatum fuerit. Accipe sal & super illud dic sic.

Deus deorum & Dominus dominantium, Qui cuncta sola tua bonitate et nulla necessitate creasti. De tua largitate, benedicere & sanctificare digneris hoc sal ad usum & commodum huius corij, ita ut adiutorio eius ad debitam perfectionem perueniat, & tandem talem virtutem acquirat, ut quecunque in illud scribentur, sine fallacia ad optatum desiderium nostrum perueniant.

Postea accipe sal, & vas mundissimum & mitte corium in illud bene sale conspersum, florem quoque calcis apone, sic dicendo.

> **Amay, Onoy, Alyon, Alysion, Ocinomos.** Adestote & implete hoc vas benedictione vestra. Et de eo expellite omnem fallaciam & impedimenta nociua, ita ut corium in eo coniectum induat vim & virtutem ad perficiendum cum eo sine fallacia quicquid voluerimus.

Deinde mitte intus aquam mundam, cum qua dissoluebis calcem. Et tunc, salua pace, imponendum esset corium, & oratio prehabita dicenda, Stabit autem pellis in olla seu vase sic, tribus diebus cum suis noctibus, quibus elapsis, extrahe pellem, & cum cultello, dicto, arundineo, ab rade pilos. Antequam vero ad ista peruenias, debes preparatum habere de nouella virga auelani circulum instar hic designati,

[figure]

& cum artauo sit uno ictu abscisa, & priusquam eam abscindat dicat sic.

> **Adonay** sanctissime, pone huic virge virtutem, ut sine aliquo vicio aut impedime[n]to pellis vigiña in ea siccetur.

Deinde accipe filum siue cordam tenuam a puella virgine filatum & conficiendo vel torquendo filum duplicatum dic. *Pater noster*, cum *Aue maria*. Et accipe [107] lapillos paruos rotundos & mundos, & immitte illos in extremitates oblongas corij seu pellis, & stringe illos fortiter cum cordula intus & de remanente filo vel cordula, liga & connecta pellem ad dictum arcum auelane, similiter fac cum omnibus reliquis extremitatibus oblongis, Cum vero ista agis dic verba sequentia. Vz.

> **Tetragrammaton Sabaoth** fortissime, sine quo nihil fit, indue virtute tua lapillos istos, ut per illos corium istud debite curetur & siccetur, & eijce ab eis omnem fallaciam & impedimenta uniuersa, quatenus pellis ista habeat virtutem debitam ad omnia opera nostra.

Deinde liga dictam pellem in predictum circulum sicut supradictum & depictum constat, & ligando dic.

> **Agla Ioth, Heth, He, Vau, Emmanuel,** Adestote in ligando & custodiendo hanc pellem, ut in ea remanere nec in eam intrare fallacia aliqua valeat.

Et hec dicta,dimitte eam siccare in umbra in aliquo secreto loco domatis, ubi aëre & non sole fruetur per tres dies. Quando vero exposueris eam ad siccandum. Asperge eam cum aqua & ysopo exorcizata, sicut supra dictum est. Dicendo.

> In nomine Patris & Filij, & Spiritussancti. Amen. Asperge eam Domine ysopo, & mundabitur ab omni fallacia immundicia & nequitia, tunc enim per te super niuem dealbabitur.

Transactis tribus diebus, incidatur a circulo cum cultello vel artauo artis, dicendo.

> **Ancor, Anacor, Amilos, Theodomos.** Adestote ad custodiendum hunc pergaminum & cartam virgineam.

Deinde suffumigabis ipsarum suffumigatione prenominata, demum reconde eam in pannum sericeum sicut cetera cum ceteris. Verumtamen caue, ne unquam ulla necessitate compulsus, ulli mulieri quicunque horum detegere vel manifestare presumas, Qui vero cartam virgineam facere voluerint, sint viri pure conscientie, bene disposito animo, & ad hanc artem habiles, non viciosi, non maliuoli, loquaces & proximis detrahentes, non libidinosi & in honeste viuentes, & cetera que ad probum & bene institutum virum spectant habeant, sicut & iam supradictum etiam constat. Cartam autem virgineam, si sic preparata non fuerit, nec vim, neque efficacem virtutem continebit.

Sequitur alius modus conficiendi pergaminum virgineum.

Si fortassis tibi valde tediosum videretur predicto modo conficere cartam predicto modo. Accipe tunc cartam virgineam cuiuscunque animalis, Vz. agninam, Hedinam, Vitulinam vel Ceruinam, sint masculina vel fœminina, nihil interest. Quam exorcizabis, sicut supra habetur, siue ut hic infra dicetur. Verumtamen non erit tante efficatie. Igitur huic carte fac suffumigium de speciebus aromaticis sicut supra [108] habetur, quas in testam terream refertam carbonibus accensis ponas, in cuius circuitu scriptum prius sit, cum penna & atramento artis, quod sequitur. Videlicet.



[figure]

Post sic preparato prunario cum lento igni & iniectis aromatibus, desuper fumigium, expande cartam virgineam, & dic.

> O angeli Dei **Adonay, Eloe, Adonel,** Estote in adiutorio nostro, ut per vos impleatur sermo.

Diende dic.

> **Lazay, Salmay, Dalmay, Adonay, Saday, Tetragrammaton, Anepheneton, Cedion, Orion, Anerenethon, Athanatos, Otheos, Theodomos, Aniros, Pos, Liros, Alostheophilos, Onizoron, Larion, Lazarion, Theophylon, Thysion, Alyon, Ocernomos, Zaterion, Sydion, Agla, Ioth, He, Vau, El, Emmanuel, Ia, Ia, Ioth, Antor, Anator, Anylos, Theodomas,** Angeli sancti Dei adestote, & virtutem huic carte imponite, & per vos consecretur, ita ut omnia quein ea scribentur in se omnem veritatem & virtutem perfectam contineat, & omnis fallacia de ea exeat, ac procul ab ea fugiat. Per virtutem Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritussancti. Amen. Fiat, Fiat, Fiat.

Demum dic super eam sequentes psalmos, Vz.

Deus iudicium tuum regi da, 71.

Laudate dominum omnes gentes, 116.

Canticum. Benedicite omnia opera domini domino, &

Canticum, Te Deum Laudamus.

Deinde dic coniurationem super eam sequentem.

> Coniuro te cartam, per omnia verba que de Deo omnipotenti creatori Cœli & terre, visibilium & inuisibilius dicuntur, sine quo in cœlo sursum & in terra deorsum nihil fieri potest. Qui tibi virtutem solus tribuere & aufferre potest, ut in te obtineas infallacem vim & virtutem, ad optatum finem deducere, quecunque super te scribuntur, & ut omnis fallacia a te longe discedat, & omni vi virtute & veritate induaris sine dilatione.

Quo dicto asperge eam cum aqua exorcizata & ysopo, sicut supra precipitur. Et tandem recondatur, sicut de superiore monitum est. Pergaminum hoc vel virginea carta ad omnia experimenta est apta, Si quando autem experimenta in eam exarata euanescunt, experimento inualido vel indebite peracto & non carte defectu imputabis.

Capitulum decimum octauum, de compositione Cerę & Terre virginee, in arte & experimentis conducentibus.[130]

In multis artibus & experimentis, conducit habere terram vel Ceram virgineam, vel pro imaginibus faciendis, aut pro cereis conficiendis, vel aliarum inexquisitarum causa construendis, &cetera. Ideo notum in primis tibi sit, Si aliquod experimentum vel ars, pro re, & in re virginea operari opportuerit, Terra aut Cera etiam virginea esse debet, non secus fit de corruptis, pro rebus corruptis, idest, ut simile [109] suo simili concordet, alioquin incassum ibit experimentum sicut in imaginibus comprobatur. Cera virginea conficitur de apibus nouellis que nunquam alias Ceram vel mell habuerunt, aut foetum emiseunt. Et terra virginea illa est que e fundamentis edificiorum prope aquam, aut in puteorum fossionibus penes aquam effoditur, & vulgariter argilla nuncupatur. Et cum quis volueris quicunque de aliquo horum operari, antequam quicquam incipiat, super materiam ianiam preparatam dic sequentem exorcismum.

> **Exorazabor, Exorzitabor, Vesitabor, Adonyon, Lazomon, Monoymon, Asmendaly, Arbotaly, Linyaly, Cosmyas, Diosinas, Alionas, Comtimax, Preparidos, Dryados, Narbonidos, Alaymay, Cathay, Cephay, Equauit, Balmaiut, Unaut, Conpares, Ethies, Gialydes, Lyoniden, Trophylides.** Adestote in adiuratio meo, Inuoco enim vos in opere meo, & per vos incipio, & per vos illud finire cupio, In nomine Patris & Filij, & Spiritussancti. Amen.

Quo dicto, incipe dicere sequentes psalmos. Vz.

Domine quis habitabit, 14.

Deus Deus meus respice in, 21.

Beati quorum, 31.

Deus deorum dominus, 49.

Miserere mei Deus se, 50.

Deus in nomine tuo, 53.

Exurgat Deus, 67.

Deus iudicium tuum, 71.

Quam dilecta tabernacula, 83.

Domine Deus salutis, 87.

Domine exaudi orationem meam & clamor, 101.

Beati immaculati, 118.

De profundis clamaui, 129.

Domine non est exaltatum, 130.

Domine probasti me, 138.

Postea fac dicere super eam tres missas. Idest super ceram tres, & super terram totidem. Deinde suffumigabis eam, suffumigationibus exorcizatis, dicendo.

> Domine Deus omnipotens, incomparabilis maiestatis, incomprehensibilis, incommutabilis excedens omnes eternitates, sine fine, solus es timendus, tremendus, superexaltandus, laudandus, glorificandus, & gratificandus, quia per te omnia visibilia & inuisibilia consistunt, reguntur, conseruantur & subsistunt, neque in cœlo, neque in terra, neque in mari, neque in omnibus abissis quicunque absque tuo nutu fieri potuit. Tu enim solus es, qui es. Solus etenim vite & mortis clauem obtines, & quis resistebit omnipotentaui tuo, maxime cum ictui flagrantis fulminis nullus mortalium obluctare queat, qui & capillo minimo (si ita fas fari licet) capitis comparari poterit tui, respectu minimo tuo nutu. Te totius bonitatis abissum inuocando deprecor, ut nobis concedas per inuocationem Archangelorum & angelorum omnium, quatenus hec cera, & terra ista induant vim & virtutem, ut quicquid per ea operari voluerimus ad perfectum desiderium nostrum perueniat. Benedicantur & sanctificentur in nomine sancto tuo, ita ut nulla fallacia in eis vigorem seu virtutem prorsus habeat, Amen, fiat, fiat, fiat. In nomine [110] Patris, & Filij, & Spiritussancti, Amen.

Postea asperge eas cum aqua & ysopo, sicut supra continetur. Et quotiescunque cum cera aut terra aliquid operari volueris, fac sicut in isto capitulo tractatum est, tunc enim peruenies ad optamum effectum, alioquin incassum laborabis.

Capitulum decimum nonum tractat de acu & stilo.[131]

Multa experimenta operantur cum acu & stilo. Igitur in die Iouis & hora eius, fac fieri acum & stilum ferreum vel calibeum, sed non perficientur hora illa, sed die veneris & hora eius fac eos perficere, Perfectos autem accipe seorsum utrumque in conclaue tuum secretum, & dic super quemlibet pro se.

> Coniuro te acu vel stilum per Deum cunctipotentem, Patrem, & filium, & spiritumsanctum, & per omnes validas coniurationes que per uniuersum mundum fiunt, Per virtutem omnium metallorum, lapidum, herbarum atque verborum. Et per illum cui a Patre Deo

omnipotenti tradita est omnis potestas, in Cœlo & terra. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. Ut accipias vim & virtutem, ut quicquid per te operaturus fuero, sine fallacia ad desideratum perueniat. In nomine Patris & Filij, & spiritssancti. Amen.

Deinde dic super singulos sequentes psalmos cum deuotione. Vz.

Domine quid multiplicati, 3.

Domine Deus meus, 7.

In domino confido, 10.

Conserua me, 15.

Diligam te domine, 17.

Celi enarrant, 18.

Dominus regit me, 22.

Noli emulari, 36.

Expectans expectaui, 39.

Quemadmodum, 41.

Iudica me Deus, 42.

Deus repulisti nos, 59.

Confitebor tibi domine, &c. quoniam audisti, 137.

Quibus peractis fac tres missas super singulos celebrare, expensis semper tuis. Deinde in loco tuo asperge eum cum predicta aqua exorcizata, & sicut cetera in sericeos pannos & locis debitis conseruasti cum istis similiter agas. Quum vero reposueris, dicas interim sequentia nomina.

Baruchata, Lamec, Dalmaret, Gedalsaria, Machaldac, Gedoclya, Margamodaria, Badalaria, Geoderia, Comularia, Mararia, Geordia, Lilya, Anigia, Onolfina, Benifaria, Amilaria, Compariodon, Lamedon, Thecorion, Ombyon, Misson, Candon, Ae, Ion, Syon, Syson, Trigion, Eufraton, Geon, Geson, Beffe, Agla, Aglay, Aglata, Aglaoth, Agladram, Meriones. Angeli Dei pijssimi & optimi adestote custodes istius acus vel stili, qui in multis operibus nobis conducit & valde necessarius in artibus nostris. In nomine Patris & Filij, & Spiritussancti. Amen.

Capitulum 20. de operatione pergamini virginei, confecto de prenominatis animalibus, similiter de carta bombicina.[132]

[111]

Frequentissime accidit, ut non sine membranis, agninis Hedinis, Vitulinis, vel Ceruinis, & quandoque bombicinis uti expedit in experimentis & artibus. Igitur ut sit qualiter decet. Accipe qualemcunque habueris & consecra illam sic. Primo, pone thus exorcizatum in prunarium sicut supra folio 107, linea 37, & folio 108, linea 1^m^, &c. de olla carbonum aut prunario habetur, & expande cartam seu membranam virgineam super suffimentum & dic deuote sequentes psalmos, Videlicet.

Domine dominus noster, 8.

Domine quis habitabit, 14.

Deus deus meus respice in, 21.

Quam dilecta tabernacula, 83.

Domine exaudi orationem meam & clam, 101.

Dein dic sequentem orationem deuote, bis.

> **Sadomos, Theophylos**, Domine Deus omnipotens, qui omnia in sapientia tua condidisti. Qui Abraam primum fidelem in seruum tuum elegisti, cuius semen sicut stellas cœli multiplicasti. Qui Moysi seruo tuo de medio ardentis rubi apparuisti, & nomen sanctum tuum quod est **Tybie Epheo** reuelasti. Qui populum tuum siccis pedibus per mare rubrum gressum prebuisti. Qui moysi seruo tuo in monte synai legem saluationis tribuisti. Qui salomonis filio regis Dauid pręcunctis hominibus sapientiam tribuisti. Tuam suppliciter adoro maiestatem, & tuam imploro clementiam ut concedas mihi, quatinus in virtute & benedictione tua, ista carta consecretur & preparetur sicut expedit, virtutemque debitam semper obtineat. Per te sanctissime **Adonay Sabaoth.** Cuius regnum sine fine permanet per infinita secula seculorum. Amen.

Postea asperge illam cum aqua exorcizata & ysopo, sicut sepe edoctus es. Et in pannum sericeum pone, collocans cum ceteris ad artem requisitis. Similem vel talem membranam Exorcizatores & discipuli eorundem portabunt secum, cum circulum sunt intraturi & artem operaturi. Pennam quoque cum atramenario, & reliquis instrumentis sicut supra diffuse tractatum est. Super membranam scribende sunt petitiones, & omnia que Spiritus magistro & socijs suis insinuabunt.

Capitulum 21. de Caracteribus in arte conscribendis.[133]

Quando aliquis vult exercere aliquam artem vel aliquod experimentum in quibus opporteat scribere caracteres vel huiusmodi, & timeas errare in caracteribus, ne errore impliceris & formidine careas. Antequam quicunque scribas, in principio, & in fine Caracterum pone consecratum nomen hoc. Vz. **Cycharesyon Anosbias**[134] in Carta virginea consecrata, cum penna & atramento consecrato, & comporta tecum in mundissimo panno sericeo, sicut supra dictum est.

¶ Quandocunque autem [112] volueris scribere caracteres, in principio Caracterum & in fine eorum scribe predictum nomen, Vz.

Cycharesyon Anosbias.

Et dic cum deuotione.

> Altissime creator omnium sine quo in Coelo sursum & in terra deorsum nihil fieri potest. Tuam immensam clementiam & incomparabilem pronam benignitatem humiliter deprecor, ut sacratissimum nomen tuum hic descriptum, vi & virtute tua munias, ut per presentiam eius, presentes custodiantur, & in virtute confirmentur, ita ut careant omni fallacia, & quocunque alio impedimento, caracteres descripti, sintque per eundem sacratissimum nomen tuum benedicti & sanctificati, ut nulla nequitia vel obstrigilatio vel cuiuscunque generis obstaculum eos eneruat. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in unitate spiritussancti, &c.

Quod si sic feceris nunquam in similibus experimentis falli poteris.

Capitulum 22. de panno sericeo, ad custodiendum in eo quecunque consecraueris vel exorcizaueris pro experimentis.[135]

Quandocumque res aliam consecrata fuerit, pro aliquo experimento, ponenda & custodienda est in valde mundum & preciosum pannum sericeum. Si vero id pre manibus non fuerit, saltem sit gosipinum, Si quoque id defuerit, sit lineum valde delicatum & preciosum, In quodcunque horum si habueris, cum penna & atramento consecratis, scribe cum debita attentione & reueerentia non ficta caracteres sequentes. Vz.



[figure]

Omnes predicti caracteres sicut sepe monitum est, scribi debent cum penna & atramento consecratis diebus & horis sepe supra citatis, Superioribus autem caracteribus in panno designatis, adduntur sacra sequentia nomina. Vz.

Adonay, Anosbias, Anereneton, Agla, Athanatos, Ayos vel **Agios, Ancor, Anator, Anylies, Theodamas, Agnepheton, Cedyon, Ametolpharas, Theos, Tetragrammaton.**

Deinde suffumigabis eos suffumigationibus supra scriptis. Et asperge illos cum aqua & ysopo exorcizatis. Deinde cum deuotione dic psalmos sequentes super eos. Vz.

Deus iudicium tuum, 71.

Ecce quam bonum, 132.

Ecce nunc benedicite, 133.

Laudate dominum de cœlis, 148.

Benedicite omnia opera.

Te Deum laudamus.

Demum super sic preparata experimenta, fac dicere, tres missas, tuis tamen iussionibus & eleemosinis. Deinde sicut & super tactum conspicitur, reconde ea in loco mundissimo cum preciosissimis aromatibus. Et caue solicite ne ad mulierum contactum vel noticiam perueniant.

[113]

Capitulum 23. videtur esse Epilogus totius Clauicule.

Non inconsulte hoc capitulum, quasi epilogus totius clauicule ultimati adijicitur. Quia quasi centrum vel polus Coeli omnium stellarum axis est Alrukaba, sic quoque hoc capitulum, omnia in hac clauicula sumatim comprehendit. Nec facile quacunque artem vel quodcunque experimentum in consulto isto capitulo ad effectum ducere quibus, nisi prius singula in eo contenta trutinaueris. Quare quicunque ista neglexerit, proculdubio incassum laborabit. Propterea opportet ut perlegat illud sepissime a principio usque ad finem, notando & considerando conclusiones singulorum capitulorum, qui quicquid huius artis ad desideratum effectum deducere desiderauerit. Ideo rogatum habere, in primis volo, quamcunque ad cuius manus hic liber peruenerit, ut nulli tradat vel manifestet, quia liber hic secretus secretorum nature, immo super naturalium rerum, magna cum reuerentia tanquam archanum Diuinum in magna custodia tenendus est. Tu autem magister vel lector, sis cautus, prudens ac circumspectus, si aliquid huius artis perfectionis emolumentum adipisci in veritate concupieris. Denique, primo & principaliter animaduerte, ut in omnibus operibus tuis eligas

diem Mercurij & eius horam, post silentium Lune usque ad eius feré oppositionem, In quibus facies & preparabis, Artauum & reliqua instrumenta artis iuxta tenorum singulorum capitulorum de eis tractantium. Si quid autem remanet ad perficiendum, expectabis alium Mercurij diem cum hora sua, addente lumine luna. Pari etiam modo omnia reliqua ad artem spectantia instrumenta instituas ad perfectionem usque, sicut quolibet capitulum de cuilibet loquitur. Consecrationes quoque singulorum sub eodem die & hora, inchoanda perficienda sunt, cum lune status prehabito. Quandocunque autem horum quicquam consecrare volueris, fiat in tuo conclaui secrete, sicut supra in primo libro capitulo 3^{o}, folio 64, linea 4^{m} de domo seu camera loquitur, qualis esse debeat. Et hora consecrationis, habeas prunarium tuum cum aromatibus exorcizatis, sicut supra edoceris, capitulo 10^{o}, libri secundi, folio 97, li. 9^{m}, & suffumigabis ea sicut scis. Deinde quoque aqua exorcizata aspergas, sicut supra de aqua & ysopo tractatur, libro 2^{o}, capitulo 11^{o}, linea 28^{a}. Quum vero consecrata fuerint, repone & reconde ea sicut sepe monitus es, & supra capitulo 22^{o}, folio 112^{o}, linea 15^{m}, precipue continetur. Nunc sequitur in prothotypo, ut super omnia consecrata iunctim faciat celebrare missas nouem communes, quod salua pace non approbo, maxime propter scandalum quod inde oriri poterit, propter circumastantium potius prauam quam bona suspitionem. Estimo enim sufficere super quamlibet rem sicut sepe monitum est suas priuatim dicere missas.

[114]

Quibus omnibus rite ita dispositis & preparatis, quum quid operis aggredi volueris, expectabis diem & horam debitam, sicut supra in capitulo nullo folio 79^{o}, linea 16^{m}. Et capitulo 7^{o}, linea 22^{o}, folio 93^{o}, & alibi sepe tactum est. & sine ulla alia solemnitate vel cerimonia, incipe opus vel experimentum tuum, in nomine sacrosanctissime & indiuidue trinitatis. Patris, & Filij, & Spiritussancti, Amen.

¶ Laus & gloria, Benedictio & gratiarum actio, sit semper omnipotenti Trino & uno Deo Patri & Filio, & Spirituisancto.

Amen.

De secretis Zahelis, nota que sequuntur.

¶ Quum fuerit in aliquo loco vel domo aliqua diabolus vel infestatio malorum habitantium, vel secuta fuerit eam aliqua res terribilis que fuerit timenda, vel aliquod phantasma apparens, & volueris remouere eum a loco suo, aut ab aliquo homine per carmen, aut aliqua inquisitione vel ingenio, caue ne sit Luna vel ascendens in aliquo horum signorum, in ♌, s, & ♋, in ♏, & ♒: sed sit ☽ in ceteris extra hoc separata a malis, & iuncta fortunis.

[115]


115
Venite benedicti Patris mei.
In isto circulo sit Jhs Cristus. iudicãs, sic pro extremo iudicio pingi solet.
Ite maledicti in ignem eternum.
Adonay Emanuel Athanatos
al. al. al.
Alpha ω.
Sator
arepo
tenet
opera
rotas
K.iij

[figure]

[116 is blank]

[117]

De suffitibus, & earum ratione & potentia. Et etiam supra folio 16, 2º.[136]

Suffumigationes [etiam] quędam ad stellas accommodate plurimum possunt, quatenus aërem spiritumque vehementer afficiunt ad dotes coelestes opportune sub stellarum radiis capessendas: spiritus enim noster ab huiusmodi vaporibus plurimum transmutatur, siquidem uterque sit vapor quidam alterius similis. Aër etiam per dictos vapores inferiorum & coelestium qualitatibus facilime affectus, in pręcordia assidue & repente penetrans, ad similes nos mirabiliter redigit qualitates: quare vaticinaturo adhiberi solent suffumigationes ad phantasiam afficiendam, quę quidem certis numinibus consentaneę ad diuinam inspirationem suscipiendam nos accomodant. Sic dicunt. ¶ Suffitus ex semine lini, & semine psillij, & radicibus violę, & apij, facit videre res futuras, & confert ad prophetiam. ¶ Quantum vero suffumigationes in aërem possint nemo miretur qui sentiat cum Porphyrio, certis quibusdam vaporibus a proprijs suffumigationibus exhalantibus, aëreos dęmones statim allici et insinuari, tonitrua & fulmina induci, & similia, quemadmodum. ¶ Iecur Chameleontis in summis tegulis ustum, constat imbres & fulmina incitare. ¶ Similiter, caput & guttur, si roboreis lignis accendatur, imbrium & tonitruum concussus facere. ¶ Fiunt etiam suffumigationes, sub opportunis stellarum influxibus, facientes dęmonum idola in aëre vel alibi protinus apparere. Sic inquiunt. ¶ Si ex coriandro & apio, siue hyoscyamo cum cicuta fumigium fiat, dęmones statim congregari: Hinc illas herbas spirituum vocant. ¶ Similiter dicunt. Si ex radice canne ferule cum succo cicutae & hyoscyami & tassi barbassi & sandalo rubeo, ac papauere nigro, facta confectione, fiat suffitus, facit apparere dęmones & figuras extraneas. Et si istis additum fuerit apium, fugat dęmones, ex omni loco, & destruit idola illorum. ¶ Simili modo, suffitus factus ex calaminto, pęonia, menta et palma Christi, omnes malos spiritus, & noxia phantasmata propellit. ¶ Pręterea, certis suffumigijs, quędam animalia congregari, vel fugari tradunt, sicut de lipare suffito refert Plinius omnes bestias euocari. ¶ Sic e summo gutture cerui ustis ossibus congregari serpentes. Cornu vero ceruino suffito fugari. Idem faciunt pennę pauuonum, suffitę. ¶ Similiter accenso pulmone assini, venenata omnia fugere. ¶ Ungula equi suffita in domo aliqua, effugari mures. Idem fieri ex ungula mulę certum est.[137] ¶ Muscas quoque ea fugari, si de sinistro pede fuerit. [118] ¶ Et dicitur, quod si suffumigetur domus aut locus aliquis cum felle sepię, confecto cum thymiamatę & rosis & ligno aloës, si tunc proijciatur in loco illo aliquid de aqua marina aut de sanguine, videbitur tota domus plena aqua[138] aut sanguinis. Et si proijciatur ibi terra arata, videbitur terra tremere. ¶ Vapores autem

eiusmodi corpus aliquod efficere, & virtutem huic infundere atque diutissime perseuerare, non secus arbitrandum est, atque contagiosus [aliquis] aut venenosus pestilentię vapor etiam ultra biennium in pariete domus seruatus, habitantes inficit, ac qualis ex epidemia, vel lepra latens in veste calamitas diu postea inficit utentem. Iccirco imaginibus & annulis, & similibus magię instrumentis & Thesauris absconditis suffumigationes certe adhibentur, quas haud parum conferre Porphyrius testatur. ¶ Sed [*Sic] dicunt, Si quis defoderit aurum vel argentum, vel aliquod preciosum, ☽ ⊙ coniuncta in imo coeli, & suffumigauerit locum cum coriandro, & croco, & hyoscyamo, & apio, & papauere nigro ęquis ponderibus contusis & cum succo cicute distemperatis, nunquam inueniri aut aufferri poterit, quod sic absconditum est, semperque dęmones custodient illud. Et si quis nitatur inde aliquid auferre, infestabitur ab illis, & incidet in phrenesim. ¶ Et dicit Hermes quod sperma ceti in suffitu, non habet sibi par ad aliciendos dęmones, quare, si ex eo & ligno aloës, costo, musco, croco, thymiamate cum sanguine upupę distemperatis fiat suffitus, valde cito congregat spiritus aëreos. Et si ex eo suffumigetur circa sepulchra mortuorum, congregat manes, & umbras mortuorum. ¶ Sic quoties ad ⊙ opus aliquod dirigimus, suffumigamus cum solaribus. Si ad ☽, cum lunaribus, & similiter de ceteris faciebant. ¶ Et [est] sciendum quod sicut contrarietas, & inimicitia est in stellis & spiritibus, ita etiam in suffumigijs ad eosdem, sic contrariantur inuicem lignum aloës & sulphur: thus & argentum viuum. Et spiritus inducti per suffitum ligni aloës, accenso sulphure, fugiunt. Quemadmodum exemplificat Proclus, spiritum solitum apparere in forma Leonis, obiecto gallo, mox disparuisse, quia gallus contrariatur Leoni. Et sic de similibus considerandum et practicandum est.

¶ De suffitibus planetarum tractatur supra folio 16, 2°.[139]

[119]

Claues clauium.

68 Habendum aliquam mulierem. 18, 19.

70 Mulier, 5.

70 Ipsamet veniet, 7.

70 Mulieres, 13.

70 Mulier, 13.

70 Ipsam, 15.

70 Mulieres, 25.

70 Amorem, 25.

82 Amoris, 23.

137 Occidere, 11:

141 Thesauros furtaque, j°:

141 Arietem, 13:

142 Aquile vel gruis sanguine, 20:

142 Carnis aquile vel gruis, 25:

143 Spiritibus, 8:

143 Spiritus, 16:

143 Equi albi, 2:

143 Apparebit, 4:

143 Acipitris, 23:

143 Ostenderis, 24:
144 Duos oculos vespertilionis, 11:
144 Videbis, 13: te, 13:
144 Spiritus dęmoniorum, 19:
144 Fel cati, 20:
144 Fel galline, 21:
144 Spiritus, 22:
144 Necromantia, 23:
144 Cor cati nigri, 24:
144 Cati nigri, 25:
144 Te videbit, 27:
144 Tamarisci, 28:
144 Separare, 29:
127 Tesaurum vel bona, linea j^{m}.

[120 is blank]

[121]

Elenchus Capitulorum primi Libri Clauicule Salomonis.

Argumentum primi Libri Clauicule Salomonis, 25.3:

Prologus Libri primi Clauicule, 25, 13:

Capitulum primum de horis conuenientibus & earundem partibus, 27.34: 28.j:

Capitulum secundum de preparatione artis magice, 29.25:

Capitulum tertium de essentia pentaculorum, 63.26:

Capitulum quartum de experimentis recuperandi furata, 66.15:

Capitulum quintum de experimentis Inuisibilitates, 67.24:

Capitulum sextum de experimentis Amorum, 68.18:

Capitulum septimum de experimentis impetrationum & gratiarum, 72.20:

Capitulum octauum de experimentis, odij, inimiciarum discordiarum, &c., 73.23:

Capitulum nonum de experimentis ludibriorum, 75.5:

Capitulum decimum de experimentis extraordinarijs, 75.19:

Sequuntur capitula secundi Libri Clauicule.

Prologus in secundum librum Clauicule, 77.j:

Admodum breuis peroratio ad singula totius operis spectantia, 79.16:

Capitulum primum, de omnibus experimentis, quibus temporibus, lunationibus, diebus ac horis equinoctialibus siue temporalibus quaque fieri debeant, fol. 80, 81, 82, 83, 84, 85:

Capitulum secundum, qualiter exorcizator se exhibere debeant, 86.j: & 87:

Capitulum tertium, qualiter socij magistri se habere debeant, 88.j:

Capitulum quartum, de Ieiunijs, custodia & ceteris obseruationibus, 89.22:

Capitulum quintum, de Balneis, 91.24:

Capitulum sextum, de vestimentis & calciamentis, 92.28:

Capitulum septimum, quis locus ad opera eligendus sit, 93.22:

Capitulum octauum, de ense, cultello, artauo, ceterisque instrumentis, 94.10.11:

Capitulum nonum, de constructione circulorum & de introitu in eosdem, 95.6:

Capitulum decimum, de consecratione specierum, & suffitibus, 97.9:

Capitulum undecimum, de aqua & hyssopo, 98.28:

Capitulum 12^{m}, de lumine & igne in operibus necessaria, 99.31:

Capitulum tertium decimum, retractat ante dicta & dicenda capita, 101.7:

Capitulum quartum decimum, de penna, atramento & ceteris coloribus, 103.9:

Capitulum 15, de sanguine vespertilionis & aliorum animalium, 104.10.11:

Capitulum sextumdecimum, de penna hyrundinis, 104.31:

Capitulum decimum septimum, de pergamino virgineo, 105.10.11:

Capitulum decimum octauum, de compositione Cerę & Terre virginee, 108.32:

Capitulum decimum nonum, de acu & stilo, 110.6:

Capitulum 20^{m}, de pergamino virgineo & diuersorum animalium, & carta bombicina seu gosipina, 111.22:

Capitulum 21^{m}, de caracteribus artis, 111.31:

[122]

Capitulum 22^{m}, de panno sericeo ad recondendum in eo omnia consecrata, 112.15:

Capitulum 23^{m}, est epilogus totius clauicule, siue cuius prelectione nihil in operibus secure attentabitur, 113.22:

Postremum sequuntur pentacula siue Candaria, 115.0:

De suffitibus & earum ratione, vi & potentia, 117.2:

De Clauibus clauium, 119.1.2:

Sequitur tabula contentorum in primo & secundo volumine Clauicule Salomonis.

¶ Argumentum in 1am partem clauicule, folio. 25, linea 3.

Amorum experimenta quomodo, &c, 68.17.18:

Amorum imagines, quomodo fiant, 69.12:

Aqua & hysopus & consecratio, 98.27:

Aspersorium quomodo conponitur, 99.17:

Attramentum, cetereque colores & penna quomodo preparentur, 103.9:

Acus & stilus & eorum consecratio, 110.5.6:

¶ Balnea quomodo esse debeant, 91.24:

Balnearum exorcismus, 91.34:

Benedictio super exorcizata, 97.28:

¶ Circulus in omni opere fieri debet, & quid in compositione ipsius per omnia expediat, 30.j: per totum.

Coniuratio prima, 31.9:

Coniuratio secunda, 38.16:

Confessio ad Deum, prima, 34.16:

Coniuratio tertia, 40.14:

Coniuratio quarta, 43.20:

Coniuratio breuis, adijcienda post quamlibet predictarum, 47.21:

Coniuratio alia expediens, 47.21:

Coniuratio contra spiritus contumaces & inobedientes, 50.5:

Coniuratio contra spiritus qui apparere contemnunt, 53.3: 55.23 & 27:

Coniuratio per breuis, 61.14:

[123]

Coniuratio ignis, quum nomina spirituum in eo comburendi sunt, 62.26:

Coniuratio spirituum amoris, 70.18.29:

Circuli alterius descriptio, 76.23:

Cautela & instructio valde necessaria in hac arte, 81.22.

Canis si pro socio eligitur, &c. 88.29:

Circuli institutio, & quando, 95.6:

Circuli schema, 96.j:

Circuli introitus qualiter ordinatur, 96.30:

Consecratio specierum cum exorcismo, 97.9:

Caracterum in arte conscribendorum, quomodo ab eis tollitur suspicio, 111.30.31:

Claues clauium, 119.j.2:

Circuli totalis descriptio, qualiter fieri habeat & quando, 95.6:

¶ Declaratio tabule quantitatis dierum ac noctium, 85.28:

Descriptio circuli totalis qualiter sit instituendus & quando, 95.6:

¶ Elenchus eorum que in prima parte clauicule tractantur, 27.11: 121.2:

Experimenta extra ordinaria, 75.18:

Elenchus opusculi secundi, 78.5: 121.15:

Experimenta ad furata, 80.6:

Experimenta inuisibilitatis, 80.11:

Experimenta odij & discordiarum, 80.18:

Experimenta amoris, gracie, &c. 80.14:

Experimenta ludibriorum, 80.21:

Experimenta extra ordinaria, 80.24:

Experimenta versus orientem eligenda, 82.20:

Experimenta amoris & extra ordinaria versus boream vel septentrionem preparanda sunt, 82.24:

Exorcizator quomodo semper se habere debeat, 86.j.2:

Exorcismus super cereum, 100.22:

Exorcismus super ignem, 100.30:

Epilogus totius clauicule admodum necessarius, ac recapitulatio valde proficua & semper pre manibus habenda, 113.j.2:

¶ Figura generalis horarum ęquinoctialium & temporalium, 83.6:

Furatarum seu ablatarum rerum experimenta & earum recuperatio, 66.13:

¶ Gratiarum & impetrationum experimenta qualiter fiunt, 72.18: &c.

¶ Horarum explicatio, 27.33. 28.j:

Horarum diuisio, & quid in singulis eligendum vel operandum sit, 28.31, 29, &c.

Hyssopi & aque consecratio, 98.27:

Hyrundinis penna & eius consecratio, 104.31:

¶ Inuisibilitatis experimenta, 67.23:

Imaginum institutio, 70.8.9:

Inimicitiarum, odij, discordiarum & dissidij experimenta, 73.21.22.23:
Imago discordiarum, 73.24: 74.10:
Impetrationum & gratiarum experimenta, 72.18:
Instructio & admonitio breuis sed necessaria, 81.11.12:
Instructio & admonitio propensior & oppido conducibilis, 81.22:
Instrumentum generale horarum usualium ac temporalium, 83.j:
Ieiunium & custodia qualiter, 89.21:
Instrumenta artis describuntur, cum eorundem exorcismo, 94.11.28:
Icona instrumentorum artis, 95.j, &c.
Ignis qualiter accenditur, 97.37, 98.j:
¶ Ludibriorum experimenta, 75.4.5:
Lunationes in quibus experimenta quaque operari debeant, 80.36: 81.j, &c.
Lauare quomodo se debet exorcista, 87.j:
Lotus exorcista qualiter orare debet, 82.7:
[124]
Loca ad opera deputata, qualia, 93.21:
Lumen & ignis quomodo administrantur, 99.31:
¶ Magice artis experimenta describuntur, 80.27:
Magistri & discipulorum instructio & in omnibus eorum obseruatio, 88.j:
¶ Nomina Dei sacratissima, 44.21:
Nomina septuaginta duorum angelorum, 45.6:
¶ Oratio prima cum exorcismo, 31.9:
Oratio secunda cum exorcismo, 32.26:
Oratio tertia, 33.7:
Oratio quarta, 33.33:
Oratio post confessionem prima, 36.16:
Oratio breuis in initio operis, 37.31:
Oratio ad quatuor plagas mundi, 38.5:
Orationes dicenda ab exorcizatore postquam omnia preparauerit, 86.18.29:
Orationes tempore ieiunij & custodie folio 90.5:23: & reliqua, 91.j, &c.
Orationes postquam balneatus fuerit, 92.15:
¶ Pentacula qualiter spiritibus ostendenda sunt, 49.36:

Pentacula cuiusmodi esse debent & de earum compositione, 63.24: &c.
Pentaculorum virtus & potestas, 65.26:
Pomi experimentum quomodo fiat, 71.15:
Peroratio ac preparatio omnium operum qualiter procedendum sit, 79.14: 80.j:
Puer si eligitur pro socio, &c. 88.35:
Penna & attramentum & cetere colores quomodo preparantur & consecrantur, 103.9:
Pergaminum virgineum quomodo preparatur & consecratur, &c. 105.10:
Pergamini virginei compositio, 107.31:
Pergamini virginei administratio, 111.j:
Pergamini virginei cuiuscunque animalis compositio & consecratio, 111.j:
Panni sericei usus, &c. 112.13: &c.
Pentacula siue candaria habentur, 115.0:
¶ Quatuor mundi plagas quomodo debet exorcizator intueri, 38.2.
Quatuor partes mundi considerandi denuo quando spiritus non apparuerint, 53.3:
Quatuor mundi regiones iterum citantur si contumaces extiterint, 56.5:
¶ Rota vel instrumentum ad inueniendum omni hora gradum & signum Zodiaci prope verum, 87.25:
Rotula mobilis ad inuestigandum omni hora dominatorem hore, 82.25:
Recapitulatio admodum ante omnia trutinanda & memorie in omni opere commendanda, 101.7:
¶ Spiritibus loqui quid expediat ante omnia facere, 29.25:
Spiritibus, cum apparuerint quid dicendum aut imperandum sit, 49.22 & 26:
Spiritibus qualiter ostenduntur pentacula vel Candaria, 49.36:
Spiritus quum inobedientes fuerint quomodo coniurandi, 50.5: 55.23 & 27: 56:5.9.14:
Spiritus quomodo constringendi, 60.20:
Spirituum aduentus qualis, 61.29:
Spirituum nomina quomodo comburendi sunt si reluctauerint, 62.21:
Secunda pars clauicule, 77.j:
Spirituum aduentus qualis sit, 102.7:

Sanguis vespertilionis & aliorum animalium quomodo acquiruntur & consecrantur, 104.10.11:

Stili & acus consecratio, 110.5.6:

Suffitus & eius ratio ac potentia, 117.j:

¶ Tabula quantitatis dierum ac noctium, 84.j: 85.j:

Tutamen corporis & anime quomodo nanciscitur, 89.11:

[125]

¶ Vestimenta & calceamenta cuiusmodi esse debeant, 92.28:

Virginea terra & Cera virginea & eorum consecratio, 108.30.31.32:

[126 is blank]

[127]

Ad inueniendum Ugxeazcu, vel maao abscondita.[140]

Accipe puerum infra 12 annum, quo habito, scribe sequentes characteres & nomina in pergaminum virgineum, & Schedulam rite paratam, liga vel sues super pectus infantuli, cum quo deinde intrabis circulum secundum artem paratum, & dic sequentem coniurationem vel aliam quamcunque in hoc volumine contentam elegeris.

In nomine Dei omnipotentis, Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritussancti, ✠ Ego, Coniuro vos Spiritus, cuiuscunque condicionis, qualitatis aut nominis existetis, & potestatem super latentem thesaurum vel bona abscondita in hac parte vel circa regione infra leucam habetis, Per Deum omnipotentem, & per abditissimum nomen eius sacrosanctissimum, incognitum & ineffabile. Coniuro vos spiritus cuiuscunque conditionis, qualitatis nominisue sitis, Per tremendam Dei omnipotentis potestatem incommutabilem & virtutem eius tremendam atque inuictam, Coniuro vos insuper per sacratissima nomina eius ad nos perlata & cognita, Vz. **Adonay, Eheie, Iod, Elohim, El, Elohim gibor, Eloha, Tetragrammaton sabaoth, Adonay sabaoth, Elohim sabaoth, Saday, Adonai melech, Messias, Heloy, Alpha & ω**. Coniuro & vos, per omnia alia sacratissima & ineffabilia nomina eius ad nos non perlata & hic non expressa, nobisque incognita. Coniuro vos per obedientiam quam omnipotenti Trino & uno Deo, & sacratissimis nominibus eius debetis, & per virtutem Coeli & terre, Per septem planetas & duodecim signa zodiaci, & per quadraginta octo imagines cœli, atque omnium reliquarum stellarum virtutes. Per quatuor elementa, & per virtutes

herbarum ac lapidum. Per omnia animantia terre & virtutes earum. Per aues Coeli, & Pisces Maris, Lacuum ac Fluminum, perque virtutes eorum, ac omnes potestates in Coelo & in terra, atque omnes virtutes manifestas & abditas totius uniuersitatis, vos coniuro, & in nomine, & per nomina omnium predictorum vobis precipio, ut sine aliquo insuper periculo aut molestia corporis vel anime, vel quinque sensuum huius pueri, protinus & sine dilatione ostendatis ei, atque ducatis ad loca vel locum thesaurorum vel bonorum absconditorum hic vel ubicunque in hoc termino aut infra leucam huius regionis contentorum,

& cetera sicut sparsim in prescripta clauicula, si opere precium fuerit superadde. Quibus rite peractis, incede post puerum quocunque ierit, Qui progredi non cessabit, donec ad locum desideratum peruenerit. Etenim & si valde profunde iacuerit, ad superficiem loci se propalabit, seu signum presentie manifestabit. Mox autem ut ista perspicua habueris, locum signaculo [128] crucis, aqua benedicta, pentaculis ac ceteris requisitis locum foueas, cum exorcismus expedientibus, constringens spiritus, ne habita aufferant, vel in alia metalla ostensa transmutent uti in carbones, arenas, plumbum, stannum, ligna, lapides, alteriusue speciei seu qualitatis metalla seu ludibria. Nomina vero & Caracteres sunt annexa.

Amei Quinon Paymon Egon Bilecht Sayan Geos Gomera.



[figure]

Ad ablata vel furata recuperanda.

Aiunt periti. Quere infantulum octo vel nouem annorum. Et quum ☽ in ☍ quinque dierum fuerit, da puello comedere frustulam casei ouium, cui inscriptum sit, sicuti ratio expostulat, sequentium caracterum forma, &c. Deinde dic sequentia verba sepe repetendo, Vz. Quoniam confirmasti seras portarum tuarum, & benedixisti filijs tuis sperantib. in te dominum virtutum omnipotentem & totius maiestatis Deum incommutabilem, reddentem unicuique secundum vias suas.

Tu autem, sequere puerum quocunque perrexerit. Qui si locum seris clausum vel alijs repagulis munitum inuenerit, ibidem fixus stabit, tu vero illico compertum habebis ibidem latere quem vel quod queris, faciesque tunc sicut tibi bene visum fuerit. Sequntur prelibati caracteres.



[figure]

De inuestigatione Thesaurorum, reperi subsequentia.

Sanguiño (Gallecano ydeomate) est arbor cuius altitudo feré militari lancea coequatur, Cortex plumbeo colore nitet, hasta incomposita uti ęsculea, folia pauca & viridia continens. Fructus in primis rubore cernitur, maturitate vero niger conspicitur. Arbor autem cum fructu & folijs amaritudine quadam ingratissima viget, & fragor horridus. Cortice detracta, emicit color luteus, cum implacabili graueolentia. Folia autem schemę sequentis magnitudinem & forma exprimunt.



[figure]

Hastula vero folij punicea. Arboris autem maior crassitudo foemori hominis coequari videtur, & diametralis unius quasi palmi ęstimatur. Hec autem omnia relatione [129] tantum & non visu annotaui. Modus autem colligendi, ad propositum virgas seu perticas dicti arboris huiusmodi traditur. Primo inuestigandus est arbor, a quo ante solis ortum uno ictu quatur abscinde perticas, duorum palmorum & quarti unius 1 palmos 2 ¼. Obseruandum & caute est, ut quelibet perticarum biffurcata sit in sumitate, ut tempore operationis, singulas singulis inserere. Si vero obtigerit, ut dictas virgas, non in uno loco sicut ratio expostulat inueneris, quere binas & binas, quod si secus, quamlibet per se, & semper quelibet per se, duas vel ternas, uno ictu prescindantur. Expedit quoque ut collectio earum die ☉ vel ♀ addente lumine ☽ ante ☉

ortum. Appropinquanti autem, vultum tuum versus ☉ ortum dirigas, & precaue ne corporis tui moles perticas obumbret, quia veneficium est ei. Mundus quoque & munde cum reuerentia ad eas appropies, benedicens & salutans eas reuerenter una simul, ternas, binas vel quamlibet per se, & adde.

In nomine Pa ☩ tris, & Fi ☩ lij, & Spiritus ☩ sancti. Amen.

Et statim subiunge Psalmos, Vz. Domine dominus noster, 8^{us}, & Deus in nomine tuo, 53^{us}, & Fundamenta eius, 86^{us}, cum gloria Patri. Quibus dictis, adde. Cum Deo Patre, vos, vel, te, inuenio. Et cum unigenito filio eius domino nostro Iesu Christo, vos, vel, te, abscindo, Et cum Spiritussancto paracleto, vos, vel, te, accipio. Quibus dictis & abscissis, caue ne terram attingant, sed mundabis eas bene & diligentissime, Verumtamen, caue ne furculam in sumitate cuiuscunque offendas, & demum mundatas, coaptabis & stringas una simul omnes, ita ut quantum fieri potest coequentur singule inuicem, & prescide eas ut unius longitudinis sint omnes. Et tandem sic dispositas, fer eas tecum cum reuerentia, & super illas fac dicere Missam de sancta Trinitate, cum commemoratione de Beata Maria virgine, De Angelis, De omnibus Sanctis, & pro viuis & defunctis. Quibus peractis, repone eas in domo, innuolutas pannis sericis mundissimis & nouis, vel saltim lineis nouis & mundissimis, recondens quoque in loco mundissimo, sequestrato ab omni spurcicia & frequentatione domesticorum atque exterorum. ¶ Quum vero cum dictis perticis pergere volueris quo suspectus Thesaurus latet, Sume eas, salutatione premissa, benedicensque eas, sicut decet. Sociumque fidem duc tecum, qui vir probate & optime vitę existat, & tu tecum duas virgas inuolutas serico ut prelibatum est feras, pariterque collega tuus totidem 1 reliquas duas. Deinde in loco destinato, in primis dic sequentem coniurationem.

Coniuro vos virgas per Deum viuum & verum, Omnipotentem, Creatorem Cœli & Terre, Maris & omnium que in eis sunt, Visibilium & inuisibilium. Per Deum sanctum, Per Deum **Tetragrammaton**. [130] Qui dixit, Ego sum, qui sum, **Alpha & ω**. Coniuro vos per eundem incommutabilem, tremendum, inaccessibilem, ineffabilem Deum qui solus est Deus, & preter eum non alius, qui dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt. Coniuro vos virgas, per inuiolatam ac perpetuam virginem Mariam, matrem domini nostri Iesu Christi. Coniuro vos per omnes Choros Angelorum, per Seraphim, Cherubim, & Thronos, purgantes, illuminantes & perficientes, in suprema Cœlesti hyerarchia. Coniuro vos per Dominationes, Virtutes, & Potestates, purgatos, purgantes & illuminanti, & illuminantes, perfectas & perficientes. Et per Principatus, Archangelos, & Angelos, purgatos, illumitos & perfectos.

Coniuro vos virgas, per omnes sanctos Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines, & per omnem Coelestem exercitum. Coniuro vos virgas per Potestates, Principatus ac Tutores & custodes huius loci ac termini. Coniuro vos virgas, per Principem Apostolorum Petrum, per apostolum Paulum sanctissimum, vas electionis, Et per sanctum Apostolum Iacobum Zebedei, Et per sanctum Ioannem, cui virginem matrem, virgini, in Cruce dominus noster Iesus Christus, commendauit. Coniuro vos etiam per virginitatem eiusdem gloriosissime virginis matris Marie, & per omnes labores, dolores, angustias, gemitus ac suspiria, quoscunque in educatione eterni & omnipotentis filij Dei Patris, ab infantia eius usque ad despectissimum mortis eius crucis pertulit, neque donec in suo virgineo corpore in hoc ergastulo degeret, ab his cor suum compescere valuit. Coniuro vos virgas, per terram que vos educauit atque in incrementum usque perfectum conseruauit atque vegetauit. Coniuro vos virgas, per aquas cęli que vos irrigauerunt, & per rores qui exalto vos irrorauerunt. Coniuro vos virgas, per solem qui vos fouendo calefecit, atque solacia contribuit. Coniuro vos virgas, per Lunam que vos noctu diuque suis virtutibus mirabiliter recreauit. Coniuro vos virgas per omnes stellas firmamenti, quorum etiam virtutibus gaudenter inualuistis. Coniuro vos virgas per quatuor elementa, quorum adminiculo dispensatione Diuina inualuistis. Coniuro vos virgas per omnia visibilia & inuisibilia, que omnipotens maiestas Diuina, nulla necessitate, sed sola sua ineloquibili bonitate plasmauit, Qui solus est, qui est, & preter eum alius non est, a cuius maiestate tremunt Coelum & terra, Mare & omnia que in eis consistunt, visibilia & inuisibilia. Per omnia predeicta & sacratissima nomina eius manifesta & abdita, coniuro vos virgas, ut si [131] in presenti loco vel circumiacenti termino, Aurum, Argentum, Lapides preciosi, vel cuiuscunque alterius qualitatis bona abscondita vel quocunque modo latent, ut vos eleuetis & nos ducetis illuc & super eundem locum per omnipotentem Deum viuum & verum, in veritate & directe dirigatis, sicut beatissima semper virgo & mater Maria dirrecte dirrexit & posuit oculos suos super unigenitum filium eterni omnipotentis Dei Patris, & suum unigenitum filium dominum nostrum Iesum Christum, quando de ea verus Deus & Homo natus est. Et sicut stella fuit ductrix tribus magis ad cunabula filij Dei altissimi, ut properarent offerre ei mystica dona, Aurum, Thus & Mirrham, sic ducetis & dirrigetis nos in

veritate & recto tramite ad loca vel locum desideratum, in quo & Thesaurus & bona cuiuscunque speciei seu qualitatis occultata iacent. Et sicut cum in incomparabili gaudio & corporis & anime ineloquibili leticia gloriosissima Dei genitrix perpetua[141] virgo Maria, dirrexit oculos suos super filium suum, quando incomparabilis victor & triumphator, propria virtute a mortuis resurrexit & ei sicut condecebat matri sue primo apparuit, ita quoque per tam ineffabile mysterium, nos dirrigetis & ducetis ad prelibata loca, cum Deo gratiarum actione & leticia inconcussa & vera, inclinantes vos super eundem locum in veritate. Per eundem Deum omnipotentem Patrem, & Filium eius unigenitum, dominum nostrum Iesum Christum, & Spiritumsanctum, ab utroque ineffabiliter procedentem. Qui in Trinitate perfecta, viuit & regnat Deus omnipotens, incomparabilis, incommutabilis, timendus, tremendus, amandus, glorificandus & superexaltandus, & cum incessabili gratiarum actione preueniendus. Per incommutabilia seculorum secula. Amen.

¶ Modus autem tenendi & incedendi cum virgis est / sicut hic designatur, quem si rite prosequutus fueris, cum reuerentia, corporis & anime mundicia, fide inconcussa, & spe in cunctipotentem Deum, sine quo nihil in Cœlo sursum, nec in terra deorsum fieri potest, seposita omni hesitatione, in timore Dei, eris in nomine eius voti compos. Sis autem & in his operibus sobrius & ieiunus.



[figure]

[132]

¶ Defensio, ad abigendum custodes & incubantes, Thesaurumque occultantes, ne quicquam impedimenti inculcent, vel permutent in alia metalla vel cuiuscunque qualitatis species aut spectra, vel inde transferant aliunde. Et primo fac Circulum iuxta schemam hic designatum, cum gladio exorcizato, et condecentibus caracteribus & Dei nominibus sacris munito, &c. Sicut ipsa res expotulat & sepe in hoc volumine cautum est, precipue folio 94 li. 9 &c.



[figure][142]

¶ Quum vero Circulum condis, dic septem psalmos penitentiales, cum Letania & orationibus assuetis, & psalmum, Qui habitat in adiutorio altissimi 90, Quicunque vult salus esse, & Te Deum laudamus. Completo circulo, exibis tali industria, ut prorsus quicquam de eo neque de in eo designatis violes, pari modo facias, si iterum in eum redire opportuerit. Vel versus Boream, quid tutius est, relinqua viam introeundi & exeundi. [133] Quatuor etiam versus orientem scilicet, occidentem, septentrionem & meridiem prunarios constituas, in quibus componas ignem de Ramis benedictis in die sancto Ramis palmarum & cum accensi fuerint inijce incensum benedictum cum Aloe, añ. Habeas quoque sodalem vel ministrum fidelem, qui iugiter foueat ignem & componat rite, donec tu in Circulo extas, coniurando & exorçizando que expediunt. Quum autem incipere volueris opus tuum pro defensione Thesauri, Placabis primo Diuinam maiestatem cum oris & cordis intima confessione & contritione, sicut supra folio 34^{o} li. 16^{m} & successiue fol. 35, 36, 37 continetur. Dein dic coniurationes que folio 38^{o} usque ad folium 49^{m} continentur. ¶ Coniurando vero sepe repetas dicendo.

¶ Precipio vobis per omnia predicta, in nomine Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ut statim abeatis, vel abeas pacifice, & hinc recedentes vel recedens, mihi nec circumstantibus, mali quicquam vel terriculosum, meticulosum vel funestum, exosum, molestumue, per vosipsos, vel alias illusiones, hominum vel bestiarum, imaginum seu cuiuscunque generis spectra, aut inopinate alterius speciei forme, inferatis, neque per tempestates, uti per corruscationes, fulgura, grandines, aquarum vel pluuiarum, imbrium inundationes, neque per fragores aut terremotus, lapidum aut saxorum collisione aut concussione, Arborum aut plantarum commotione. Iterum coniuro vos per omnia predicta & subsequentia, ne nos illudetis, acrisia, cecitate, surditate, phrenesi, mentisue alienatione, somnolentia, animi defectu, debilitate corporis, aut virium ammissione, per umbras quascunque, pauores vel stupores, vel quacunque alia perturbatione, violentia vel timore, neque nobis quodcunque impedimentum corporaliter vel spiritualiter adhibeatis, per vos ipsos, vel vestro conamine per alios spiritus, vel cuiuscunque qualitatis aut speciei terriculosas umbras vel spectra insperata hominum vel animalium, diurnalium vel nocturnalium, hic vel alibi quocunque perrexerimus. ¶ Coniuro vos etiam per omnia predicta & infra dictura, ne quicquam hinc aufferetis, vel in terram, aquam, aerem vel ignem permutetis, neque in carbones, lapides, ligna, arenas, metallaue, aut alterius cuiuscunque speciei vel qualitatis, opinate vel inopinate quicquam permutando alienetis. Quinimmo, sicut hic sunt vel fuerunt recondita vel abscondita, vel vestro potestate ad custodienda commissa, ita omnia inuiolata & intacta procul abeuntes, in nostra potestate relinquetis. Immo etiam per omnia predicta, precipiendo vobis audacter iniungimus, ut nullius obluctationis vel excusationis conamine freti, vel pretextu commisionis a quocunque vobis iniuncta / adiuti, audeatis reluctare pertinaciter, infringere vel annihilare friuola contumacia, & in obedientia, ob reuerentiam omnium predictorum, que in nomine omnipotentis Dei creatoris Cœli & Terre, [134] Maris & omnium visibilium & inuisibilium in eis consistentium, vobis iterum atque iterum coniurando audacter mandamus atque per eundem omnipotentem tremendum Deum fiducialiter precipimus, quatenus in nomine eiusdem omnipotentis Dei, & in virtute obedientie quam vos & omnis creatura ei debet, in quo & sumus, id quod sumus, viuimus, mouemur & subsistimus,

in quem fide speramus, spe confirmamur, & Charitate ad eum approximamus, qui & inuocantes eum iuxta verbum suum audit, nec improperat quin misericorditer condescendendo cito prestat, ut in omnibus nobis obedietis, ut in nomine eiusdem omnipotentis Dei hic latentium bonorum, valeamus cum gratiarum actione, uti, frui, & libere de eis in nomine Domini disponi tamque de proprijs bonis, per Deum & in Deo acquisitis. Qui viuit & regnat, &c.

¶ In circulo vero, hunc non inconsulte coniurando obseruabis modum. Primo versus plagam orientalem. Dic Euangelium sancti Ioannis, vz. In principio erat Verbum, Io. j°. Cui statim subiunge coniurationem, scilicet, fol. 38, li. 16: que peracta, verte vultum tuum versus occasum solis, & dic Euangelium secundum, Lucam, Vz. Missus est angelus Gabriel, Luce, j°. Cui adiunge coniurationem secundam, vz., folij 40ⁱ, li. 14. Tertio, dirige vultum tuum versus septentrionem, & dic Euangelium secundum Matheum, scilicet, Cum natus esset Iesus in Bethlem, &c., Mathei 2°, quo dicto, adde coniuratione tertiam, fol. 43°, linea 30ᵐ. Quarto, dic Euangelium secundum Marcum, vz. Recumbentibus undecim discipulis, apparuit, &c. Marci 16° cui annectas coniurationem, fol. 47, li. 35ᵐ. ¶ Hic omnino te volo monitum habere, ut nequaquam pretereas que in Lucidario domini Petri de Abbano docentur, quia in illis continetur clauis ad aperiendum abdita secretissima huius artis, sicut a primo folio dicti Lucidarij, usque ad 24ᵐ continetur, & mihi crede, si secus feceris in omnibus & per omnia incassum laborabis.

¶ Adde. Postquam omnia rite perficeris, incipe fodere, & precaue ne ijs qui circulum fecit, fodere presumat, nec redeat in eundem postquam semel exiuerit. Accende quoque Candelas benedictas in die purificationis Beate Marie virginis, in die Palmarum, & in die sancto pasche, semperque interim conamen fodientium preseuerat, necnon, si spirituum presentiam presenseris, iugiter ardeant, immo priusquam si eorum aduentum suspicaueris, accendantur, aquaque exorcizata indesinenter aspergas & fodientes & loca ibidem & circumquaque, ne quid pericula imminens locum habeat. Sed & hoc unum nequaquam pretereas, ut quotquot una tecum affuerint, sint probi viri, ambulantes in veritate, non [135] subdoli, & causa furandi vel fraudandi adunati, alioquin uniuersa ibunt inuersa, & queque acquisita ammitterentur cum magno periculo omnium astantium.

¶ Aliud breuius reperi non implacabile experimentum, ad inuestigandum Thesaurum, Vz. Scribe in pergaminum virgineum, sum sanguine canis, (puto ego, nigri.) sequentes caracteres siue nomina, vz. cum incausto & penna, sicut sepe edoctus es. Deinde suspende schedulam cum filo argenteo ad collum galli albi, & ut alibi docetur, ligetur cum corda conuenientis longitudinis, truncatis sumitatibus

alarum, in loco vel circa locum, huius rei suspectum, & modico interuallo transacto continuo scalpabit pedibus, verrendo & subuertendo pulueres vel quicquid poterit, in loco ubi bona subfossa vel abscondita latent, & caracteres vel nomina sunt sequentes.



[figure]

¶ Alius adhuc modus inueniendi locum absconditi Thesauri traditur a peritis. Vz. Accipe gallum unius coloris per totum, qui mense martij sit exclusus, & in pergaminum virgineum de pelle ceruino & cum sanguine vespertilionis vel columbe albe scribe sequentia nomina & caracteres in eo. Deinde cum strigmento vel vitta ceruina dicta schedulam suspende prefato gallo ad collum, & ut super tactum est liga eum cum corda decentis longitudinis. Deinde dimitte eum sic libere quocunque libuerit incedere. Tunc ratum habebis Thesaurum seu bona abscondita latere, in quocunque loco ipse scalpabit verrendo & subuertendo quisquilia seu pulueres loci. Subsequuntur prefata nomina & caracteres.

Romã, Remel. Tÿraÿta. Zors. bol. Rasido. Risibu. Sibrea. Rebamolq.



[figure]

¶ Sequitur alius modus, quem mihi vir fide dignus contulit, Inquiens in una hereditatum suarum per seipsum cum fideli socio comprobasse verum esse, cuius tenor sequens est. ¶ In die sancto Ramispalmarum, accedebat ad oleam, ante solis ortum, & priusque Passio domini secundum Matheum inciperetur & Rami benedicerent. In nomine sanctissime Trinitatis, Patris & filij & spiritussancti, uno ictu [136] amputabat virgam unam oleę, similiter alteram, rursum & tertiam, sicut quoque & quartam abscindebat. Erant & tenelle biffurcate vel bisulte singule, trium palmorum & semis flexibilesque. Antequam vero eas contingeret, salutabat eas in nomine sacratissime Trinitatis, benedicensque eas aspergebat cum hysopo & aqua benedicta, Dein sicut prelibatum est amputabat eas, & statim pergebat cum eis ad Ecclesiam, & erectas in dextera manu tenebat, & sic permittebat eas benedici. Salua tamen pace, mihi videtur melius esse, ut in congerie cum ceretis in Ecclesia congestis ramis a Sacerdote benedicantur, & benedicti accipiantur cum reuerentia & caueatur ne terram tangant. Et si absque scandalo circumastantium fieri licuerit, inibi super primam scribe a pede sursum. Caspar, & collateraliter. Sanctus Petrus. Pari modo, exara in

secundam. Balthasar, & collateraliter. Sanctus Iacobus. Tertie vero eodem ordine, Melchior, & Sanctus Paulus. Tandem, quarte iuxta precedentium seriem inscribe, Sanctus Ioannes, & lateraliter sub eo, Thesaurus, vel &c. Sint quoque virge in suis sumitatibus bisulce vel naturaliter biffide, sicut supra folio 129 li. 5, & infra dicitur, & folio 131 li. 32 designantur, hic quoque picte cernunt,



[figure]

& inserte sicut supra fol. 131 li. 32. Incaustum autem ad prelibata scribenda, iure suo, fumo incesi benedicti atque aqua exorcizata, cum gummi arabice confici debet. Calamus vero sit de penna columbe albe, aqua quoque benedicta & suffumigio incensi & exorcismo rite expiatus. Quum autem omnia predicta ita compleueris, reconde eas inuolutas linteo mundo, vel panno sericeo mundo in scrinium seu arcam mundam. Cumque cum eis intentum tuum exercere disposueris. Coniurabus eas in nomine sacratissime & indiuidue Trinitatis, Creatoris uniuersorum, Patris, & Filij, & Spiritussancti, & gloriosissime virginis Marie, & in nomine quattuor Principum Ecclesie, Petri, Pauli, Iacobi, & Ioannis filiorum Zebedei. Et Trium Regum, Caspar, Balthasar, & Melchioris, in virgis descriptorum, & reliquis supra folio 129° linea 36 contenta cum magna attentione prosequaris, usque in folium 131 li. 26 inclusiue. Et omnia ista fiant fide inconcussa & deuotione debita ac reuerentia prona, inferendo multoties, ut se inclinent, & te cum tuo sodali ducant, ubi latet quod queris. Socius enim tuus, sicut tu, utraque manu unam teneat [137] virgam tuis insertas sicut supra folio 131 li. 37 effigiatas cernere licet. Nec desistas coniurare virgas, semel, bis, ter, quater, septiesque si opportuerit, quia persepe causa alicius defectus seu negligentie dillatatur effectus & impeditur quod cum desiderio queritur. Quum vero virge se alibi inclinauerint, liquebit inibi latere quod queris, quo cognito, Incipe deffensionis seriem, sicut supra fol. 133° linea 6. Quum autem, &c.

Dixit Compilator. Si videris spiritum ☿ & tibi locutus fuerit, non indigebis speculo. Quod si nec per annulum tibi apparuerit, expedit ut sequentem construas speculum. In eo siquidem speculo, poteris videre spiritus ☿ & loqui cum illis, & precipere eis ut faciant quecunque volueris. Vz. si volueris Pefnilron [=Occidere],[143] vel sanare, Infirmare, vel damnum inferre cuiquam, bene, maleue facere, quocunque genere, aut qualitate id affectaueris.

Hac itaque speculum de argento viuo & mortificato, valde politum qui contineat in diametro digitos 9 ex transuerso, in meditullio habeat concauitatem quatuor digitorum, in quam situas laminam ęream valde politam, tali industria ut coequetur superficies unius superficiei alterius, incrustata quoque ut nequeat inde elabi. Et omnia ista fiant, existens ☿ in aliqua domorum suorum occidentalis, die quoque & hora eius. Et hec constellatio obseruetur in initio operis. Ad consumandum autem totum opus, ut ☿ existat in horoscopo in mansione que Alhana nuncupatur, que 6[m] est. Quod si fuerit ♍ conueniens est ut ☿ quoque sit in ascendente in mansione que dicitur, Alace. Cumque inceperis operare, sint inter gradum ascendentis & ☿ 12 gradum & tunc incipies operare interim & donec ☿ super terra versatur, per 7 gradum quibus transgressis, desiste ab incepto. Verumtamen sequenti die reiterabis opus tuum sicut pridie fecisti cum prelibato ascendente, & sic dietim operabis donec ad optatum finem opus tuum deducas, antequam ☿ suam deseras domum. Si vero imperfectum extiterit, expectabis quousque ☿ reliquam suum introeat domum, quo adepto, operabis sicut prius, prospiciens caute, ut sit occidentalis, sicut prelibatum est, donec perficias opus tuum.

¶ Si autem spiculum seu hastam ☿ volueris facere, in eadem constellatione fiat, similiter cum annulo eius facias. Quod si dictum speculum facere volueris, expedit ut pari modo, sicut pro annulo egisti per septem noctes pro speculo facias, insuper & infrascriptas coniurationes, & suffumigabis cum sequenti suffumigio. Vz. de Mandragora masculo, & fœmina, partes 7 Spicę 5 de folijs liliorum 3 storacis [138] liquidi, 3 Capillorum hominis partem j sint omnia bene trita, & subige illa una simul cum optimo vino veteri, vel lacte mulieris, & permitte sic bene subacta stare donec bene fermentetur vel computrescat. Deinde formabis de massa trociscos, pondo .ɘ. j, arabice, & cum istis suffumigabis predicta cum id res expostulauerit. Speculum autem predicto modo complebis, nec his adijcias vel minuas quicquam, quia nomina Dei sunt, & cum istis nominibus Angeli laudant Deum in secundo Cœlo. Et scias quod hoc speculum in efficatia excedit specula reliquorum planetarum, vz. ad inuestigandum per eum quicquid optaueris, immo maiora secreta. Cum vero perfeceris per septem noctes officium tuum, cum suis coniurationibus, si tunc spiritus ☿ apparuerit, & allocutus in visione, bene omnia se habunt, si quo minus, Octauo die accito puello virgineo, vel puellam virginem, que nondum menstruauit, cui speculum in manum tradas, & infra scriptam coniurationem semel dicas. Si tunc dixerit se videre in speculo perfectos seu executores iusticie (qui olim sargentes dicebantur.) decem, in latere uno, sex, & in opposito latere quatuor, liquet tunc tibi, speculum spiritibus stipatum, tunc confestim, precipiendo, pete ab eis, ut visibiliter se tibi ostendant, vel appareant, vel seorsum, sequestratus in aliqua domo, vel in speculo, &

sine dubio annuabunt. ¶ Et si affuerit Energuminus, vel cuiuscunque qualitatis infirmus, accipe speculum tuum in manum tuam, & dic coniurationem semel, & da infantulo vel infantule speculum, ut inspiciat si quid apparuerit, & scias quod statim spiritus ☿ apparebit, a quo protinus exigas, cuius qualitatis seu speciei sit infirmitas, & si quiuerit euadere illam, qua patefacta, perquire, quibus medica minibus ei subueniendum sit, si medela indiguerit, quia omnia manifestabunt, vel scripta exhibebunt. Qui, si dixerint, quod nulla indiget medicina, precipe eis, ut saltem manus suas trahant per pectus egroti, & continuo sanabitur languidus. ¶ Quum vero quicquam perdideris, vel furto tibi ablatum fuerit, & desideraueris, scire locum ubi amissa vel ablata celata sint. Tunc dic coniurationem semel, & da speculum in manus pueri inspectoris, & ipse videbit tam locum ubi res perdita vel furtim ablata sit, quam & furem qui abstulit. Dicturique sunt, utrum valeat recuperari talia vel ne. ¶ Si autem volueris precipere eis, ut eant ad furem & infligant ei languores, vel aliud quid, quod eum necessitet ad restituendum quod queris, obedient, nec requiem ei dabunt, donec cuncta reddat, Ipsi enim dabunt responsa ad omnia interrogata. [139] Noueris insuper, quod hoc speculum ☿ excellit omnia alia specula in arte magica & rebus phisicis, ad eliciendum cogitationes hominum. Item ad perquirendum aquas latentes in quocunque loco, Ad sciendum quoque scientias varias & artes.

¶ Nunc sequitur coniuratio super speculum, quam in omnibus locis predictis per septem noctes, cum magna attentione expiatus dicas.

Satic, Saquifaç, Hasmah, Tatinyc, Eatyc, Hayxama, Raco, Yaquic. Hasmaos, Dadaros, Zaco, Latadafatyc, Canilos, Gete, Lacadafaham, Aadnyos, Saltyhc, Marquios, Martabyc, Ahget, Yerdoyl, Celmiot, Badoil, Daob, Mahametye, Haçacaacfa, Daddaob, Çahromyl, Affascaleh, Carb, Carob, Hargedçah, Obethlic, Deob, Affaflyeh, Anor, Acramoçalye, Mathatyl, Abyl, Abyl, Tobalcobal, Tah'tob, Tob, Catob, Çatataob, Nob, Haylob, Çaylob, Caytob, O Carcel, Responde: **O Cerquiel, O Çamlacel, O Ceyahgyel, O Michael, O Catacael,** Per celsitudinem Dei altissimi, qui omnia notificat, responde. **O Rarcan,** responde, **O Bahden, O Çadden, O Aaylen, O Habyran,** Per nobilitatem Dei maximi, responde.

¶ Scias quod coniuratio ista est Geminorum & Virginis, non tamen deffuerunt qui eam affirmauere esse 24 verborum, que nomina sunt Cinguli Geminorum, & quatuor verba, que sunt Spiritus Alhabor, affirmantes se cum illis operari stupenda & miranda admodum valde.

Alcalam ☿ sic fit. Accipe argentum viuum mortificatum & mundum, & fac Alcalam incisum & fissum, ita ut valeas cum eo scribere, Et expedit, ut semper eum, cum quicquam operis ☿ facere volueris, in manu teneas eum. Nec minus agas, cum speculum inspicere disposueris. ¶ Aduerte hic quoque, quod si feceris aliquod opus ad exaltandum, vel regnandum, nominabis predicta nomina sursum. Si vero, infortunare vel deijcere volueris quemquam econuerso idest, deorsum. Et cum volueris acquirere dignitatem vel mandata, vel suscitare amorem, nominabis ea a dextris. Quod si volueris seminare odium vel dissidium inter amantes se mutuo, vel damnificare aliquem, opportet, ut a sinistris ea nomines. ¶ Opportet etiam omnino, ut Alcalam in constellatione annuli, vel speculi, cum omni obseruatione & officio septem noctium, & faciendo omnia, in dirrecto contra stellas exponendo [140] facias 1 ut te cum tuo exercitio te dirigas versus plagam Cœli in qua stella tua sita fulget, uti ratio expostulat.

Modus[144] construendi annulos, *talis est. Quando videlicet stella aliqua ascendit fortunata, & a ☽ fœliciter aspecta vel sibi coniuncta, Debemus lapidem, herbamque huic stelle subiectam accipere, atque annulum ex metallo huic stelle conformi fabricare, & in eo lapillum infigere, herba vel radice subiecta, Denique inscriptiones imaginum, nominum, characterum, pręterea suffumigationes non prętermittere. ¶ Ex operibus ☿ fit imago [hora] ☿[145] ipso ascendente in Geminis, cuius forma est, adolescens, pulche[r], barbatus, habens in sinistra caduceum, videlicet virgam, in qua inuolutus sit serpens, in dextra gerens sagittam, pedes habens alatos. Ferunt imaginem hanc conferre scientiam, & facundiam, & solertiam in mercibus, atque lucrum: pręterea conciliare pacem & concordiam, & febres curare. ¶ Faciebant aliam ☿ imaginem, ipso ascendente in ♍, ad beneuolentiam, ingenium, & memoriam, cuius forma erat, homo sedens* in *[*supra] cathedra[m], vel pauonem equitans, pedes habens aquilinos, & in capite cristam, & in sinistra gallum tenens vel ignem.* ¶ Ex secretis serenissimi Regis Alphonsi, ita inquiens. Hec est figura annuli ☿ in quodcunque metallum ei subdito fiat, & precipue in argentum viuum mortificatum, quando in domo suo ♊ steterit, in die & hora ☿. Quicunque autem sic rite fabrefactum habuerit annulum, consecuturus est, magna & insperata a Rege vel Principibus, & magnatibus, Villarum & Oppidorum erit pręfectus, & ad regalia negotia erit promotus. Rimabitque secreta, ac diuinationis archana lustrabit. In rebus magicis erit peritus, & uniuersis rebus mathematicis non insulsus, quin & queque attentabit & quodamodo compos mentis inficias non abibit. ¶ Cum annulo soluet in carcere, & compeditos, & ad mortem addictos, & quod non minoris est admirationis, quemcunque ligare infortunari quoque quiuerit, patrabit. ¶ Fauet & annulus mercancias tractantes, & commodum non minimum

afferunt, mutuo dantibus, nec suspiriosos relinquit, quin ad vota tandem cuncta deducet, Adducet quoque ad vota sua quotquot voluerit, possidebitque non paruam amicorum copiam. Honorabitur a Rege & Principibus & exaudietur ab eis, atque honorabitur, admittentes eum ad sua secreta, & facta ardua, exaltantes eum dietim preceteris.

Non pudet nunc quoque de speculo ♀ paucula discurrere, que reperi in volumine Serenissimi Regis Alphonsi, unde sic habebatur.

[141]

¶ Ad inueniendum Ukhyfbwyc qgehpgmy [=Thesauros furtaque]. Expectabis donec ♀ sit cum pleyadibus, & ☽ in ♋. Tunc facies speculum xii ℥ [=uncia] de Orichalco i.e. de metallo ♀ in quo sit quinta portio metalli ♃ i.e. stanni, & sit ascendens ♉ & dies cum hora ♀ in quem celabis sequentes literas seu caracteres.



[figure]

Et quando volueris perquirere seu inuestigare predicta, coniurabis per octo nomina infra scripta speculum. Vz. **Hueydyz, Helyuz, Hemyluz, Deneryz, Temeyz, Cemluz, Arhuz, Meytayz.** Deinde impone illum in ceruicali tuum, & noctu in somnis manifestabuntur tibi que desideras scire.

¶ Quandocunque aliquid ♀ qualitatis, aut operum eius facere volueris, sit dies ♀ & sit ☉ in capite ♓ & ☽ in ♋ & lauabis te, mundansque te in balneo, & cetera requisita sicut supra folio 89 li. 22 edoctis es, rite exequere, quibus ita peractis, vade & constitue te sub ficu, vel sub palma, & fer tecum Btmiwlt [=Arietem], & dic sic. **Hueydyz, Helyuz, Hemyluz, Deneryz, Temeyz, Cemluz, Arhuz, Meytayz.** Cumque hoc perfeceris, pete quicquid volueris. Et precaue diligentissime, ne unquam petas ab aliquo planeta, nisi quod sue nature est.

Quando volueris sequentia operare, incede & conuersare cum magna humilitate, & cum infrascripto incausto scribe que hic monentur, Et fit sic. Collige inter Pascha & Penthecosten herbam que rubia tinctorum appellatur, cui adijce tocirion, quod assimilatur terre, & saporem pipereum habet, ista duo materialia comisce inuicem & fiet incaustum, de quo accipe, & scribe cum eo in pergamenum cerui virgineum. Deinde accipe arundinem septemnodalem & membranam in eam conclude. Sitque arundo sicut hic depicta cernitur, utputa, longitudo eius a, b: & nodi 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, in medio eius sit foramen paruum, in loco c.

[figure]

Dein accede ad aliquem compitum, triuium vel quadriuium, & arundinem paratam septies coniurabis, denique inside more puerorum eam & portabit te ad locum destinatum, ad tuum beneplacitum, cominus vel eminus. Quum vero arundinem equitare disposueris, prius cooperias oculos tuos cum oblongo sindone lineo & mundo, & sessor arundinis cum fueris, nequaquam sursum oculos eleues cum capite, donec existas in loco deputato, tunc enim senties pedes tuos in terra. ¶ Verumtamen sic prius omnia disponas. Scribe subannexa nomina cum sequenti verso, & suspende collo tuo, aliam quoque schedulam huic similem conclude cum cera vel incenso benedicto in arundinem, sintque omnia hec in pergameno virgineo ceruino descripta.

[142]

Versus autem vel verba ac nomina sunt, Vz.

> Custodi & libera me a vento malo, & a tempestate quacunque vel cuiuscunque qualitatis, generis aut speciei animaduersione, qua a quatuor elementis procedere possunt, nec non & ab omni molestia, qua humanam fragilitatem deijcere potest.

Et hoc est, vel sunt nomina sancta que cum predicto versu scribendi sunt in utramque schedulam, & cum quibus arundinem ter coniurabis, Vz,

> **Saruican. Yoto, Abasbas, Orpaniel, Aguitya, Tahon, Yehon, Yacmy, Nynyn, Hoz, Quezer, Yana.** Coniuro te ventum magnum & fortem, ut comminues montes, & franges, collides & dissipes, si opportuerit, rupes, & illesum ac inperterritum constituas, in locum N. in una hora, me filium, &cet. *N. hic exprime nomen matris tue primo. Deinde nominabis Patrem, dicendo*, & filius N. sine omni corporis & anime perturbatione letus. Similiter reducas in eadem incolumitate letum & inperturbatum & sine querela corporis & anime. fiat, fiat, fiat, in nomine Patris & Filij, & Spiritussancti. Amen.

Sequitur aliud experimentum, ut supra tactum est.

Sume de arundineto, die & hora, sicut scis arundinem septemnodalem, sicut supra fol. 141 li. 23 habetur. Deinde accipe unius viue Worefz, vel Wilzg fmzqdqtk [=Aquile vel gruis sanguine], & scribe cum eo in pergamenum virgineum, sequentia tria nomina, Vz. **Alael, Anael, Amidael,** & plica pergamenum ita descriptum quam commodissime & curiose potueris & mitte in

arundinem per foramen, c. Deinde claude foramen cum cera noua & benedicta. Opportet quoque, ut cum dicta schedula intromittas modicum Dcurow hwetyr vel Uglal [=Carnis aquile vel gruis], cum cuius sanguine scripsisti predicta nomina, & viuam abire permittas alitem, alioquin nihil operabis. Deinde cum sindone itineraria circumliga & stringe optime caput tuum, & sicut supra monitum est sede super arundinem. Verumtamen priusquam hec agas, coniurabis spiritus in arundine conclusos, ut sine lesione & sine aliqua molestia corporis & anime te ducant & reducant, quocunque volueris. Volo quoque te monuisse, ut quandocunque in arte magica vel experimentis quibuscunque precipitur aliquid de quocunque animali sumere, & maxime in rebus & ligationibus & solutionibus phisicis, expedit, ut sumantur ab eis dum adhuc spirant, & accepta ab eis necessaria, viuos abire permittas, si possibile est, & dirrepta vitam eis non adimant, uti si corda vel cetera interiora extaue sumimus ab eis.

[143]

Opus ☽. Si die ☽ summo mane accensus fueris lichnum compositum cum seuo Fszn frir [=equi albi] in lucerna cupro vel stannum, in domo vacua & strata pannis albis lineis, & locum suffumigando cum incenso & mastice Brseyhqc [=apparebit,] forma equi albi, & Trmxoacb Thahquyel [=?][146] super eum. Tunc pete ab eo quicquid volueris & dabit tibi.

Quando ☿ fuerit in ♈ facies imaginem miraculosam & valde proficuam, quia qui eam secum portauerit imperabit Trmxoaqked [=spiritibus], & ista est imago. Fac de lapide ☿ imaginem mulieris cum corona in capite & in manu eius dextra iaculum hamatum, vel hastam velitarem, & omnia ista fabricabis ☿ existente in 2m faciem ♈ in ascendente in die eius & hora, & scribe in pectus eius caracteres 7 planetarum, quemlibet vero caracterem scribas in die & hora planete cuius caracterem vis facere, & sit planeta in ascendente, & erit parata imago, quam si quis secum portauerit, videbit mirabilia magna, & apparebit ei Rnfndnnk [=Spiritus,] ☿ in forma hominis quandocunque ☿ in ♈ fuerit, & faciet pro eo opera stupenda & magna. Tu autem si te exhibueris, sicut edoctus fient ista, si secus nihil omnino.

Figure seu caracteres veri sunt septem planetarum sequentes.[147]



[figure]

¶ Omnia predicta excerpta sunt ex libro serenissimi Regis Alphonsi, Qui vulgo candado nuncupatur.[148] ¶ In paragrapho quoque quodam ita habebatur, ¶ Si scripseris cum sanguine Beftoawrs [=Acipitris], in spatulam eius leuam figuras septem planetarum & alicui Puyiskmaso [=Ostenderis] alicui, sequetur te per omnia. Deinde figuras vel caracteres planetarum posuit, sicut hic cernuntur.

[figure]

¶ Et iterum ponit sic dicens. Vere figure & litere septem planetarum sunt sequentes. Sed ne suspensum te reddas & suspectum, Noueris, quod secutus est Serenissimus Rex opiniones & doctrinas Ęgiptiorum, Caldeorum, Arabum, Gręcorum, aliarumque nationum, uti Latinorum, & Barbarum, & hanc ob rem diuersificatur, in caracteribus figuris & doctrinis, ita ut a plerisque imperitis videtur potius delirare quam vera cudere, immo & quasi temulentus vetularum superstitiones imitari.

[144]

¶ Sequitur nunc triplex descriptio figurarum ac caracterum seu literarum cuiuslibet planetarum.



[figure]

Sequuntur varia experimenta, Regis Alphonsi.

¶ Accipe eyry tictzd grgeurmcfillku hz qpoi [=duos oculos vespertilionis et pone] eos in mundum pannum lineum, Dein liga eos masculo dexteri brachij tui, nihil omnino loquendo, neque strepitum

faciendo. Tunc enim omnes xlgigpa [=videbis] & nullus co [=te], Si vero locutus fueris, &c. quid, eris omnibus conspicuus. Quum autem tibi loquando hoc euenerit, solue illos a brachio tuo, & proijce illos super terram, Denique religa illos sicut prius brachio tuo, & ne loqueris quicquam, & habebunt pristinum effectum. Et omnia ista facias seorsum sequestratus ab omnibus. Ne quisquam te videat.

¶ Si desideraueris videre Trmxoacb npzbbzeinf [=spiritus dęmoniorum], accipe ggo gfaq [=fel cati] nigri oox quoque suwawey [=vel fel quoque galline(?)] nigre & incorporabis cum alcofor lapideo & nigro & mitte in oculos tuos, sicut mulieres alcofol, quod ita factum cum fuerit videbis certe Trmxoacb [=spiritus] & dicent tibi quicquid petieris de Ogfxtshxdtm [=Necromantia] & de alijs rebus occultis.

¶ Si acceperis dqu gfaq xsrdx [=cor cati nigri] & inuolutus fueris illud in corium nigrum. (allibi habentur, in corium alterius gfaq xsrdx [=cati nigri]) Demum brachio tuo dextro applicaueris, ibis quocunque volueris & nullus Ug znilird [=Te videbit], tu vero omnes, Caue tamen ne loquaris.

¶ Si acceperint septem frusta Ucpeypals [=Tamarisci], & scripserint in quamlibet i.e. in singulas nomina illorum quos Tgseygron [=Separare] volueris cum sequentibus figuris seu caracteribus.



[figure]

, festina.

[145 is blank]

NOTES

1 So ms. p. 16. Most other versions also read *yain* or *yayn*.

2 V specifies *Lune.*, while G specifies *diei Dominice.*

3 Ms. Cõmissores.... The drawing of the magic circle is slightly different: Caracassa, Core, Amatiel, Conmissores.

4 So other versions.

5 G adds: N.

6 G: Saday.

7 V adds: "magister flectat genua, et versa facie ad orientem."

8 So too H. G, V: Adonay, Eye, Eye, Eye.

9 V has "signum Leonis." G, H: Signum. CLM 849: et per signum inmensissimum dei viui.

10 Other versions repeat Eloym.

11 V: saluatoris.

12 CLM 849 adds: et sigillo.

13 CLM 849, BF1579: Pastore; V, H: Pastor; L1565: Pastree.

14 So CLM 849, and to explain the incompatible nomen and stellarum.

15 These 2 words are underlined in red in the ms, indicating the words do not belong, as in CLM 849 and other variants.

16 CLM 849 adds: et sigillo.

17 CLM 849 adds: *et presciendo* ("and have known in advance").

18 Here VSG and G follow *LIH* CXIX.3 more closely than V or H.

19 VSG is the only exemplar that agrees with Honorius here.

20 Note triangle of Bileth shown in diagram of magic circle on p. 17.

21 Namely, a lawsuit – so Honorius. V: praelio; G: palatio.

22 V , G: rectificare. *LIH*: rectificare et reedificare (!)

23 So also *LIH* and printed H; G: transferre.

24 G: calpestris. *LIH*: ad modum armigeri compti et cucufati.

25 So G and *LIH*.

26 Reading *repperi*.

27 *Sicut reperi ... Magoth* is clearly an insertion or gloss here. Perhaps something like Sloane 1727 11r is alluded to: "The circle of the 5 kings, and first for Magoth." etc. Compare *Book of Oberon* in Harms *et al.* 2015 p. 148, Sloane 3824 116v.

28 So *LIH* and *OP4*. G: *collecta*.

29 So G and *LIH*, evidently lost here due to homeoteleuton.

30 This sentence is not found in G or *LIH.*, but is echoed in OP4: Puellae ludentes, quæ invocantem ad ludum concitabunt

31 With an extra dot, this could easily be read as Asaibi, as in other versions.

32 This agrees with *LIH,* but G omits *ad longitudinem ... devorare*.

33 Ms.: merorare.

NOTES

34 So *LIH*.

35 Friday: V, G, H: Costus; CLM 849 § 37f.6: Die Veneris est almastic aut lignum radim uel ei simile (the suffumigation) “for Friday is almastic [=mastic?] or lignum radim or similar to those”).

36 The wording in the *Clavicula* text in VSG p. 97 and p. 98 is different.

37 *Clavicula* II.10 continued. H also adds “etc.” probably indicating “qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritu Sancti Deus per omnia secula seculorum” as in the Roman rite.

38 Other versions agree on *haedi* (“of a young goat”).

39 Regarding the masses, JV cites *Clavicula*, I, 3 = Coxe 25 p. 100 and *Clavicule italienne* = ms. BnF Ital. 1524 fol. 207v, Gal 2017 p. 389 (which has 3 masses). Also see VSG *Clavicula* p. 64, which also specifies 3 masses.

40 Note more names **Elion, Escerehie, Iah, Tetragrammaton** here in V.

41 So G, H.

42 So also V. BnF Lat. 1524 is similar: “Gyii, il quale Noè udii et fu liberato con tutta la famiglia dal diluvio.” G, H: quod Loth audiuit et factas salvus cum sua familia (“which Lot heard and was saved with his family”). Chronology of these biblical events is Noah, Lot, and then Jacob.

43 L1565: per nomen Ioth: BF1579, RT: & per nomen Ioth.

44 VSG alone seems to preserve the earlier spelling.

45 So too V, G, CLM 10085. L1565: comederunt: BF1579, RT: & comederunt.

46 V and H add “Et per nomen Agios, ...” See note under version 1 above.

47 H: tremendum Dei iudicium; G: diem tremendi iudicii.

48 Rev. 4:6.

49 H adds: et potentiale. See Rev. 4:6-8.

50 So also H.

51 G omits “Iesu Christi.”

52 So G, V, H.

53 See note under version 1.

54 VSG is the only version to preserve this name accurately from Honorius. V and H read *Aladia*.

55 *LIH* CXXXIII.37.

56 V and H start this with “**Beralanensis**, **Baldachiensis**, **Paumachie** et **Apologiae** sedes, per reges potestatesque magnanimas, ac principes prępotentes”, however, G and *LIH* omit this.

57 Vel ... etc. is in red ink.

58 Again VSG reflects *LIH* more accurately here than the other exemplars.

59 This is shorter than other versions. Compare G, V, H, and *LIH*.

60 VSG is again the only version that reflects the earlier *LIH*: “o Aye, Samye, ne differatis venire.”

61 H: festinati. G: festinater.

NOTES

62 Ms: portes.

63 Presumably = *lamella* ("blade").

64 G: *cultellum vel gladium*. V: *gladium*.

65 VSG here inserts 4 pages, numbered 16.1-16.4, but notes text is to be continued on p. 17. For convenience, I have moved that material to the end of the current paragraph.

66 Text is continued after inserted pages with the section on page 17: "Hęc est forma Circuli sepe citati…."

67 This chapter is quoted verbatim from Agrippa, OP1.44.

68 I.e. a pill. Agrippa: pilularum.

69 This is close to Halle 14-B-36 *Neabadiel, Nachasziel*. so probably more correct than *Habudiel, Machasiel* in other versions,

70 So V, G, H; Halle 14-B-36: *Narozel*.

71 So do most other versions.

72 Ms.: veneriis.

73 This is close to Halle 14-B-36 *Sarquiel*, so probably more correct than *Sethechiel* or *Setchiel* found in other verions.

74 Other versions read *Arragon*.

75 So Halle 14-B-36 and other versions.

76 Compare Halle 14-B-36 fol. 247r, 354r.

77 Halle 14-B-36 247r: babel; 354v: Belzabel; ASV-SU.b.93 *Occultissimorum liber* 11v: Bersabee.

78 Compare ASV SU.b.93 *Occultissimorum Liber*, fol. 13r; Cornell 4600 Bd. Ms. 150 15v.

79 The ms. uses red ink for some lettering, here shown in gray.

80 Coxe 25: Yath. A, BUD 256: Iah

81 Coxe 25 pp. 76-77; BnF ital 1524 f. 179v; Gal p. 363; Ghent 1021B fol. 4r; BNF Lat. 15127 p. 5.

82 Ms. omits by mistake.

83 Compare BnF ital. 1524 186v, Gal p. 371.

84 Ghent 1021B fol. 5r. Coxe 25 I.2, p. 77; BnF ital. 1524 187v Gal p. 372. BnF 15127 p. 8.

85 Luke 1:38.

86 Ghent 1021B fol. 5r.

87 Ghent 1021B fol. 5v.

88 =Mathers I.4; Coxe 25 p. 78; BnF Ital 1524 f. 188v; Gal p. 373. Coxe p. 118 (? Veronese *Almandal*): Confiteor tibi, Domine Pater celi et terre, tibique bone ac benignissime Jhesu Christe una cum Sancto Spiritu coram angelis tuis et coram omnibus sanctis tuis et coram altari tuo presenti [...]. Ghent 1021B 5v.

89 Luke 22.64.

90 This enumeration of sacred names by number follows Agrippa OP2.

91 OP2.14: הקרש.

NOTES

92 This marginal note implies Reuchlin, *De arte cabalistica* (1517) is the source, however the errors make it evident that it was actually taken from Agrippa, OP3.25, e.g. Lelahel instead of Ielahel. The Hebrew is scrambled here, indicating the scribe did not quite understand Agrippa's table.

93 So Agrippa; Reuchlin: Ielahel.

94 Agrippa: א ח א

95 Agrippa: Umabel

96 Agrippa: Anauel

97 Agrippa: Mehiel

98 Agrippa: Manakel

99 Agrippa: ח ל נ

100 Agrippa OP3.24.

101 Missing here is Samuhel.

102 Compare Sloane ms. 3853 105r ff, CLM 849 sec. 33, Kieckhefer 1998 ed pp. 288-90.

103 Coxe 25 p. 85: Athenethon vel Anepheneton; BnF ital 1524 fol. 195V: Anafeneton; SSM fol. 55: Anecphenneton; Kieckhefer 1997, 288: Anathematon.

104 Wording closely follows Exod. 8:24.

105 Ghent 1021B 14v, Sl. 3847 18r.

106 Mathers I.8; Coxe 25, pp. 89-100; BnF ital 1524 f. 206r; Gal p. 388. Questo sarà il capitolo nel qual si recita in che modo si debbiano fare li pentacoli soprascritti, ne' quali tutta la scienza dilla *Clavicula* depende. Ghent 1021B 18v. BNF Lat. 15127 p. 40. Aub 24 35v. BUD 256 p. 71. BNE 12707 p. 30.

107 G 19v omits "vel de sancta Trinitate."

108 Mathers omitted. Coxe 25 p. 103-104; BnF ital 1524 f. 210r; Gal p. 392; BUD256 p. 19; Ghent 1024B 24v; BnF Lat. 15127 p. 45. Ghent 1024B: Quicunque vult facere vel preparare experimentum ad habendum quamcunque mulierem ....

109 Cf. p. 119.

110 So Aub 24.

111 Aub 24: *quo sit Amat.*

112 Aub 24: *mulier.*

113 Chapter numbering here does not match actual header.

114 See key on p. 119, also Cp. BnF 1524 f. 222r Gal p. 405.

115 So index entry on p. 123.

116 This table appears to be identical to that in Zacuto's *Ephemerides, siue Almanach perpetuum* (1498).

117 Coxe 115-117; BnF 1524 f. 223v; Gal p. 407; BnF Latin 14075 42/71; Ghent 1021B 33v; Aub 24 f. 65r; Mathers II.3; Ad10862 106r; BnF Latin 14075 42/71; BnF 15127 p. 60; BNE 12707 67v; BUD 256 p.130.

118 BnF ital 1524: ciaschuna bruttura corporale, come manzamenti, brutto parlare, brutto giocare. in ciaschun giorno di questi nove dinanci al cominciar di l'opra. Bisognia star contenti il maestro con li compagni de cibo quaresmale, cioe non mangiando d grasso, et mangiar se non una fiata tra 'l giorno e notte, et ancho stando

con solo pane et acqua, megliormente valerebbe l'astinentia ("... The master and his companions should content themselves with Lenten food, that is, not eating fat, and eating only once between day and night, and even staying with only bread and water, and abstinence would be better.").

119 Mathers II.6. BUD 256 p. 135; BnF15127 p. 66; Ghent 1021B 36v; BNE 12707 71v; Aub 24 19v. This chapter is missing from Coxe 25.

120 G fol. 36v, BNF 15127 p. 66, and Gal 418: Agla, Aglay, Aglatha, Aglaoth.

121 This Psalm was listed last in the ms. but correct order was indicated with asterisks and a line.

122 Coxe 25 pp. 121-122; BnF ital 1524 f. 229v = Gal p. 413; Ghent 1021B 37r; BNF Lat. 15127 p. 67; Aub 24 70v. Mather II.7.

123 Re: Cf crepare=to jingle. Coxe 25 uses the word *componella*.

124 Circle includes: Septentrionis, Oriens, Meridies, Occidens. / Introitus & exitus.1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9 / 10 / 1/2 Pedum mensura.

125 I.e. Asar lazarum, "quinancium, sulphitum sanancium, ferula, silfium, inde [?] opos silphii [i.] asafetida." *Alphita, a medico-botanical glossary*, p. 15. Plin. XIX.15.1.

126 Coxe 25, pp. 127-128. BnF ital. 1524 has entry only in table of contents, but text of chapter is missing. Interestingly, Ghent 1021 41v has a note that this chapter is missing, and is followed by 3 blank pages. Aub 24 fol. 3v; Mathers II.11. 7; Ad10862 131r; Sl. 1307 101v; Sl. 2383 7v; Mich 276 p.18; BUD 256 p. 52; BnF Latin 14075 56/71 p. 98. BnF Lat. 15127 p. 78. BNE 12707 76v.

127 Coxe 25 p. 128. BnF ital. 1524 has entry only in table of contents, but text of chapter is missing. BnF Latin 14075 56/71 p. 100; Ghent 1021B 43v; BNF Lat. 15127 p. 79; Aub 24 f. 6v; Mathers II.12; BUD 256 p. 140 (fol. 74).

128 Coxe 25 p. 129; BnF Latin 14075 58/71 p. 102; Ghent 1021 44r; Mathers II.13; Ad 10862 ???; Sl, 3847 56r-v. This chapter seems to be influenced by *Liber Iuratus Honorii*.

129 Aub. 24 10v; Mathers II.17; Coxe 25 pp. 130-133; BnF Lat. 14075 p. 109; Ghent 1021 46v; BUD 256 p. 60; BnF Lat. 15127 p. 91 (?).

130 Mathers II.18. BnF Latin 14075 64/71 p. 114; Ghent 1021 48v; BnF 15127 p.90; BUD 256 p. 67; Aub 24 15v.

131 Mathers II.19; BnF Latin 14075 65/71 p. 116; Ghent 1021 49r ; Aub 24 18v.

132 Not in Mathers' edition. Coxe 25 pp. 130-133; Aub 24 14v; BUD 256 p. 65.

133 Mathers II.21; BnF Latin 14075 66/71 p. 119; BnF 15127 p. 93; Ghent 1021 49v; BUD 256 p. 67; Sl. 2383 24r; Aub 24 21r .

134 Ghent 1021: "Eyhye assir ephe anosbias". i.e.. Eheie Asher Eheie, Anosbias.

135 Mathers II.20; BUD 256 p. 56; BnF Latin 14075 67/71 p. 121; BnF 15127 p.95; Ghent 1021 50r; BNE 12707 83v. Aub 24 20v.

136 Quoted from Agrippa, OP1.43, which was in turn based on Ficin. Vita 3: 20, p. 561, Raziel 2:3, 7, ff 27v-28r, 34v.

137 Agrippa does not include *certum est*.

138 VPC ed. p. 167 omits this word, but I find it in other editions I've checked.

139 I.e. Agrippa OP1.44 was already quoted verbatim.

140 Thesaurum ... bona.

NOTES

141 Ms. uses ꝑ here instead of ꝑ -- perhaps indicative of a later correction?

142 Circle includes: Oriens, Occidens, Septentrion, Meridies / Michael [Hebrew: MIKAL], Raphael [Hebrew: RPAL], Gabriel [Hebrew: GBRIAL], Uriel [Hebrew: AVRIAL] / Agios Otheos + Sanctus Deus + Agios Yschiros + Sanctus Fortis + Agios Athanatos + Sanctus immortales + Eleyson Ymas + Miserere mei + [Hebrew] + [Hebrew] + [Hebrew] +[Hebrew] + / + Emanuel + Adonay +, + Ego sum qui sum + Alpha & ω + , [Hebrew:TzABAVTh] + [Hebrew: IHVH] +.

143 Cf. p. 119.

144 This is quoted almost verbatim from Agrippa OP2.47. Compare Ficin. Vita 3: 8, p. 541.

145 From Agrippa OP2.43; Picatr. 2: 10, pp. 64-74; compare. Ficin. Vita 3: 18. p. 557.

146 Not in *clavis clavium* on p. 119.

147 Compare *Picatrix Latinus* ed. Pingree 1986 pp. 65, 210.

148 *Libro del candado*. I have not found a copy to compare. Also seems to be known as *Libro del tesoro* or El *tesoro*?